

10


D. IO. CHRISTOPHORI RVDOLPH,  
SER. MARGGR. BRANDENB. ONOLD. ET CVLM.  
BAC. A CONSIL. AVL. ET IVRIS IN ACADEMIA  
FRIDERICO-ALEXANDRINA PROF. PVBL.  
ORDIN.

NOVA COMMENTATIO  
DE  
CODICE  
CANONVM,  
Q V E M  
HADRIANVSI. P. R.  
CAROLO M.  
DONO DEDIT.

---

ERLANGAE  
AP. FRID. ANDR. SCHLEICHIUM.

C I D I O C C L X X V I I .





## PRAEFATIO.

**Q**uod de hoc ipso argumento ante vi-  
ginti et quod excurrit annos edi-  
deram paucarum plagellarum schediasma  
praeter omnem spem exspectationemque  
meam tanta celeritate distractum est, ut a  
multis iam annis nulla eius exemplaria pro-  
stiterint, et facile intellexerim, nec val-  
de mediocria prorsus contemni. Fuerunt  
deinde, qui abs me rogarunt opusculum, ne-  
que tamen, penuria quippe exemplarium,  
eorum desideriis ex voto satisfacere pote-  
ram.

## P R A E F A T I O.

Hae aliaeque causae me tandem impulerunt, vt pristinam materiam resumerem, atque ita retractarem, vt nouus omnino libellus merito haberri debeat; nam erant, erant nœui, quos abstigerem, et, antiquas solum dapes sine nouo condimento apponere, parum verecundum videbatur. Accedebat, quod ipsa sententia, quam in hoc opusculo tuitus sum, non prorsus noua sit, sed controvèrsa; in quo scribendi genere maxime decet adiicere aliquid, quod alii non tetigerunt, aut omnem rem omittere. Ita igitur hac in re versatus sum, vt aliorum, qui ante me de hoc arguento scripserunt, inuentis quidem usus sim, veritatem enim rem omnium mortalium communem esse iudico; sed ita usus sum, vt vnicuique saluam reliquerim inuentionis gloriam. Eam ob causam potiores a quibus didici auctores passim laudati, non tamen vbique omnes; idque eo magis ad exemplum sufficere existimau, cum harum rerum gnari per se iam satis norint, quid debeant cuique tribuere. Deinde, post-

quam

## P R A E F A T I O.

quam sententiam, qua olim ad eruditorum dissidium componendum nimis liberaliter concesseram, quod Codex DIONYSII non repetitae quidem, sed saltim primae praelectionis, iam ante annum 774. apud Gallos receptus fuerit, respuendam esse cognoui, non modo, ut aliorum ad hoc argumenta novis nonnullis obseruationibus confirmarem, sed etiam ut alia quaedam argumenta adiicerem, et cuncta a dubiis dissentientium liberarem, curae cordique fuit. Hunc vero laborem non adeo facilem deprehendi; ut, omnes me superauisse difficultates, si gloriarer, mortalium vanissimus fuerim. Permeandae etenim erant illae tenebrae, quae olim, praesertim vero seculo sexto, septimo et octavo ecclesiam Gallicam et Germanicam premebant: in quibus quam pericolosum sit iter, norunt omnes, qui illud vñquam mecum emensi sunt; caeteri vero discent, si modo rei faciant periculum.

X 3

At-

## P R A E F A T I O.

Atque haec eo potissimum fine abs me  
dicta esse, ut tanto facilius errores, quos fer-  
te alicubi errauit, excusarem, Lectores faci-  
le suspicabuntur, nec eos ad indulgandam  
veniam fore difficultes, prorsus confido. Pau-  
cos et exigui quidem momenti illos fore,  
spero, nullos repertum iri, opto: certe, ut  
nulli sint, culpa saltim mea, sedulo cauere  
studui. Vt cunque vero sit, non puto ad in-  
uidiam meam id pertinere, vbi in votis ha-  
beo, ut alii vel tantillum in paruae molis  
libello, quod sibi placeat, deprehendant. Hoc  
si consecutus fuero, iam, nescio, an quid  
amplius desiderare debeam? Scrib. Erlan-  
gae d. 1. Febr. MDCCLXXVII.



Con-

## Contenta.

- §. 1. CAROLVM M. olim codicem quendam canonum ab HADRIANO I. donatum accepisse, traditione a maioribus accepimus. Hunc alii dicunt fuisse prorsus nouam collectionem, alii pro Dionysiano codice habent. Collectio Decretalium NICOLAI IV. P. R.
- §. 2. Ut igitur Dionysiani codicis characteres facilius memoria recolantur, admixtis observationibus quibusdam, illius prima editio describitur.
- §. 3. Successu temporis illi augmenta quaedam accessisse, praesertim LEONIS IV. testimonio, ostenditur.
- §. 4. DIONYSII codex sexto statim seculo ab Ecclesia Romana receptus, eiusque auctoritas sola viguit ad NICOLAVM I. usque. Patrum in ecclesia auctoritas familis fere illi, quae IGTIS olim apud Romanos concessa.
- §. 5. Seculo VI. VII. et VIII. in Gallia vel etiam in Germania adfuisse codicem domesticorum canonum, publica saltim auctoritate munitum, est admodum dubium.
- §. 6. Sed neque codex DIONYSII ante annum 774. invaluit apud Francos. Eius contrarium neque ex actis concilii Agathensis a. 506. et Parisiensis a. 577. caeterisue huius aeui monumentis colligitur.
- §. 7. Dubium tamen aliquod notatur, et in seqq. §§. ex rerum hoc aeno gestarum monumentis remonetur.
- §. 8. Nempe ne BONIFACIVS quidem circa a. 742. codicem DIONYSII vel alium in legatione secum habuit.
- §. 9. Quod ostenditur praesertim ex memorabili, sed paulo obscuriori loco, qui legitur in vita BONIFACII a WILLIBALDO scripta, et ex literis BONIFACII ad ZACHARIAM Pontificem Rom. Nonnulla de Synodo sub CAROLOMANNO a. 742. habita. In ea quatuor oecumenica concilia recepta. Cur WILLIBALDVUS eam quintam principalem dixerit.

xerit. Neque GREGORIVS II. a. 723. BONIFACIO codicem canonum dedit.

§. 10. Veroſimilior eorum ſententia, qui cefent, HADRIANI donum in ipſa urbe, et quidem anno 774. CAROLO M. fuiffe oblatum.

§. 11. CAROLI inſigne ſtudium Romanos imitandi. Quae inde coniectura oriatur.

§. 12. Quem uſum HADRIANVS hoc dono obtinere ſtuduerit. ISIDORI PECCATORIS imposturam poſt ſeculi IX. initia non pertinere.

§. 13. Quam fit improbabile, quod HADRIANVS nouum congefferit codicem. Romae ſaltim nullus e tempore cognitus.

§. 14. Ex capitularibus et Synodis poſt annum 774. celebratis oſtenditur, non aliud, quam Dionyſianum codicem bac tempeſtate in Gallia et Germania valuiſſe. Canones Sardicenses iam ab INNOCENTIO I. pro Nicaenis habiti.

§. 15. Ex Epitome canonum Canifiana oſtenditur, codicem HADRIANI a Dionyſiano non fuiffe diuerſum. Haec eadem epitome et codex DIONYSII non ſunt diuersae eiusdem libri editiones. Notatur ambiguitas denominationis codicis canonum veteris Ecclesiae Romanae.


§. 16. Ex ECKHARDI deſcriptione affertur notitia codicis manuſcripti Wirceburgensis, quae docet, donum HADRIANI in codice DIONYSII conſtitiffe.

§. 17. HINCMARI RHEMENSIS teſtimonio conficitur, hoc donum in codice DIONYSII, et auctae quidem editionis, conſtitiffe.

§. 18. Nibilo tamen minus iſte codex non ſimul per auerſionem et uno impetu in Gallia et Germania introductus eſt, ſed ſenſim initio per ſingulas partes receptus, deinde in vniuersum vi conſuetudinis inueteratae obtinuit.

§. 19. Dubia tandem in ſummam collecta breuiter remouentur, et concluditur.

De



## De Codice canonum, quem Hadrianus I. Carolo M. donauit.

### §. I.

Quod a maioribus traditum est, HADRIANVM I. Pontificem Romanum Francorum regi CAROLO, cui propter egregias res domi fo-  
risque gestas *Magni* cognomen cessit, aliquando Romae commoranti, collectionem canonum ecclesiasticorum donasse, his, qui in exponenda historia iuris ecclesiastici studium utcunque suum posuerunt, ansam praebuit inquirendi, quale opus illud fuerit; an vetus ille Codex, quo pridem ante HADRIANVM I. ecclesia Romana usa fuerat, an potius nouum opus auctore HADRIANO, vel saltim illius iussu conditum a)? Atque,  
vt

a) Breuissimis eius men- Annal. Eccles. Tom. IX.  
tionem fecit BARONIUS ad annum 795. HADRIAN  
NI

A

vt vulgo fieri solet, in hac etiam re ob varias causas alii in alias sententias discesserunt. Fuerunt enim, et adhuc sunt, qui huncce codicem CAROLO ab HADRIANO donatum non alium fuisse, credunt, nisi eum, quem ab auctore suo, vel potius collectore, DIONYSIO EXIGVO, *Dionysianum* vulgo vocare consuevimus; sunt vero et alii, qui nouum omnino codicem vel ab ipso HADRIANO, vel ab alio quidem, illius tam auctoritate, collectum, CAROLO donatum fuisse existimant. Et vero neque hanc neque illum sententiam argumentis adeo indubuis decissam esse, vt, vtra pro vera haberit, vtra repudiri debeat, prorsus exploratum sit, tum lectione multorum, qui hoc argumentum tractauerunt, auctorum didici, tum vero praesertim exemplum viri in hoc eruditionis genere haud mediocriter versati, Ill. nimirum PERTSCHII, me docuit, qui cum singulari libro anno abhinc vigesimo tertio edito b), historiam legum ecclesiasticarum dili-

NI emortualem, dum, *constat*, ait, HADRIANVM COLLEGISSE conciliorum volumen, illudque misisse ad eundem, qui petierat CAROLVM magnum, praefixa ad eum praefatione, et epigrammate acrostichis versibus. Ex quo tamen facile intelligitur, BARONIVM non illum antiquum DIONYSII Codi-

cem, sed nouum quoddam opus ab ipso HADRIANO conditum in animo habuisse; alias enim HADRIANVM misisse codicem dicere potuisset, non item collegisse.

b) Kurze Historie des Canonischen und Kirchenrechts. Lipfiae, 1753.

diligentius tradere instituisset, vbi in hac causa sententiam dicere debebat, adeo incertum et inconstante se praebuit, vt, vtram ex ipsis contrariis opinionibus mente amplexus sit, intelligi non possit c). In hac igitur huius rei incertitudine, cum neinimem lateat, quantum intersit antiquitatem nosse, ad recentiorem ecclesiae disciplinam illustrandam, et detegendos fontes, unde praesertim Decretum suum GRATIANVS irrigauit, haud adeo mirum fuerit, si quis harumce rerum curiosior ex praeorcepta de singulari Hadriano Codice opinione, et temporis et laboris multum in eo inuestigando consumeret; sed tandem spe sua frustratus discere deberet, id, quod

A 2

mul-

c) Nam lib. cit. vbi de Codice DIONYSII agit: pag. 117. dieit: Ich werde auch im folgenden noch anmerken, dass Pabst HADRIAN der erste diese Sammlung an Kaiser CARLN den Grossen uebersendet, und dieser den Fraenkischen Bischoffen darauf anbefohlen, dahin zu sehen, dass die Canones beobachtet würden. Sed pag. 135. in alia omnia discedit: Der Roemische Bischoff HADRIAN der erste soll eine weitlaeufige Sammlung von Canonen verfertiget, und dieselbe

CARLN dem Grossen zugesendet oder selbst übergeben haben. — Einiige meinen: dass HADRIAN dem CAROLO nur die Sammlung des DIONYSII behaendiget; allein diese war damals in Gallien laengst bekannt, mithin ist wahrscheinlicher, dass es eine andere und vollstaendigere Sammlung gewesen. Quod ultimum repetitum ex BASNAGII Obseruatione Epitomae Canonum praemissa ap. CANISIVM, Let. ant. Tom. II. p. 263. §. 2.

multo labore quaesivit, non nisi inanem *umbram* esse d). Quamobrem, cum non nihil iuuet ex mentibus hominum inueteratos errores excutere, neque inutile prorsus, neque a proposito alienum esse existimauit, si breuiter strictimque rationes exponerem, quibus in fio Codice indagando porro parcendum tempori, parcendum esse labori, ipse persuasus sum, et potius pro certo ha-

d) Id vero non mirum videbitur illis, qui in eiusmodi rebus periclitati sunt, nec omnia leuiter transcurrere solent. Hi enim quotidie discunt, multa, quae olim pro indubitate credita sunt, vana esse, econtra quae quondam ignorabantur, nunc nouis documentis repertis fortunae solius beneficio cognosci. Ita, ut pauca exempli loco adducam, nemo est, qui ne se sit, quantum b. BOEHMERVS, lumen illud Iuris Canonici, praesertim in Praefatione Decretalibus in sua editione Corporis Iuris Canonici praemissa, ad historiam Decretalium *vniuersim omnium contulerit*. Nihilominus tamen *Collectio* quaedam *Decretalium NICOLAI IV.* diligentiam eius frustrata est,

nec *vñquam alibi de illa vel legi vel fando aliquid accipere potui*. In manus vero meas Codex pergamensu manuscriptus incidet, in quo, praeter alia non contemnda, haec etiam *Collectio Decretalium NICOLAI IV.* continetur, submissa in scriptio ni: *Incipiunt Constitutio nes NICOLAI IV.* Praemittitur illi consueto more *Bulla* ad *Vniuersitatem Magistrorum et Scholari um Parisiensem*, et ipsae Decretales largissime *Glossis* illustrantur. Tanto igitur minus inter fontes Libri sexti Decretalium hae *NICOLAI IV.* Decretales negligendae sunt, quo magis ex his indicis colligitur, illas in indicis et scholis *vsu* non eruisse.

habeam, non nouum et singularem quendam;  
vel ab ipso HADRIANO I, vel eius iussu com-  
positum canonum Codicem ab hoc Pontifice CA-  
ROLO M. dono fuisse datum, sed priscam illam  
DIONYSII EXIGVI compilationem, nec pri-  
mam quidem illam, quam soli DIONYSIO de-  
bemus, editionem, sed ab ignoto auctore non-  
nullis postmodum accessionibus locupletatam.

§. 2.

Quae, quo rectius intelligentur, meminisse  
oportet, isthanc DIONYSII collectionem, si eius  
originem respicimus, non vnam primitus fuisse,  
sed duplcam, et primo quidem illum collectio-  
nem canonum et nouam Graecorum versionem  
euulgasse, mox, aliquot annorum interruuo  
interposito, etiam Decretalium, quas inuenire  
poterat, compo fuisse opus; hos vero diuersos li-  
bros postea in vnum, sed bipartitum, coaluisse,  
eique commune CODICIS DIONYSIANI no-  
men impositum fuisse. Prima illius pars in fron-  
te habuit Canones, quos vocant, Apostolorum;  
hos excipiebat *Codex Canonum Ecclesiae vniuer-  
sae*, constans canonibus conciliorum Nicaeni, An-  
cyrani, Neocaesariensis, Gangrensis, Antiochen-  
sis, Laodicensis, tribusque concilii Constantino-  
politani primi e). Sequebantur porro concilia

A 3

Chal-

e) Hos canones, ut pri- de a Nicaeno primo Dio-  
dem obseruatum est, in- nysius consequenter nu-  
merat,

Chalcedonense et Sardicense, quorum singulorum canones seorsim numerantur f), et tandem

138.

merat, aequantque numerum 165. Quod tamen denuo obseruasse non est omnino inutile, siquidem ad hoc prodest, ut hinc colligere queamus, non demum hos diuersorum conciliorum canones a DIONYSIO fuisse congregatos, sed illum iam illorum collectionem in manibus habuisse, quam in praefatione operis sui vniatis numero *Graecam autoritatem* vocat; et hanc fuisse illam ipsam, quam *Codicem Canonum Ecclesiae vniuersae* vocare ab antiquo solent, illud indicio est, quod numeri canonum, quos Patres in concilio Chalcedonensi anni 451. ex isto Codice excitauerunt, exacte conueniunt cum numeris canonum secundum computationem DIONYSII. Ex iisdem numeris canonum similiter colligimus, BEVEREGIVM in Praefat. ad Synodici s. Pandectarum canonum, Tom. I. pag. 7.

ex Nouella 131. non iure inferre, quod eo tempore Codici canonum ecclesiae vniuersae canones Ephesini et Chalcedonenses iam fuerint adiecti, alias enim vix ratio appareret, cur DIONYSIUS et Ephesinos canones omnino omisisset, et Chalcedonenses separasset numerandi modo.

f) Et huius ratio haud difficulter intelligitur. Nam ex historia ecclesiastica constat, LEONEM *Magnum concilii Chalcedonensis* canones, ob canonem praesertim vigesimum octauum, in quo Patriarchae Constantinopoleos proximus a Romano locus confirmatus fuerat, diutissime aspernatum fuisse, cuius vestigiis deinde non successores tantum sui, sed etiam omnes occidentales, institerunt. Inde factum, ut huius concilii canones in Occidente non prius adii-

138. Canones conciliorum Africae, quos vulgo  
Codicem Africanum vocant, hoc canonum agmen  
claudebant g). Altera Corporis Dionysiani pars

A 4 solas

adiicerentur Codici, quam DIONYSIVS id ausus fit; qui tamen non imprudenti consilio eam ob causam seorsim illos numerare instituit, ut intelligeretur, se eos non tanquam partem antiquioris codicis acceperisse, sed scilicet. Quod ad Sardicenses canones spectat, notum quidem est, illos in vetere Ecclesiae Romanae Codice canonibus Nicaenis fuisse iunctos; sed orientalis ecclesia eos nunquam agnouit, nec ideo Codici, quo vtebatur, adiecerat. Vnde, eum tamen DIONYSIVS Ecclesiae vniuersae Codicem collectio- ni suea ceu fundamentum substrauerat, et eam Sardicensibus canonibus, vel separatis inuentis, vel ex antiquo Romano Codice deponitis, locupletandi consilium inierat, non im- merito eos, ut Chalcedonenses, separatis numerare aequum censuit, ne forte quis crederet, se

hosce canones pro parte Graecae auctoritatis venditare voluisse.

g) Ex his igitur continentibus numeris canonum ex diuersis Africae synodis colligitur, DIONYSIVM non singula Afri- cae concilia seorsim in manibus habuisse, sed iam in vnum Codicem collecta; non a priuato, ut CHRISTIANVS LVPVS Opp. Tom. VIII. p. 168. 251. 272. censuit, maxi- me ob locum Can. 107. vbi auctor (ut credit LVPVS) Codicis, gesta, in- quirit, huius concilii non descripsi, quia prouinciale non vniuersale gestum est, sed publica Concilii Carthaginensis sexti au- thoritate. Tametsi enim non assentiar DVPINIO, qui de antiqua ecclesiae dis- ciplina, Diff. II. p. m. 131. obiectionem LVPI ex lectione textus Graeci: τὰ πεπραγμένα τῆς πα- εστης συνοδε δια τετο

82

solas Decretales epistolas Pontificum Romanorum continebat, quas, ut in dedicatoria ad  
IULIANVM Presbyterum epistola dicit, *qua va-*  
*luit*

τὸν ἔγειρόν, soluere tentauit, dum, hic non esse, dicit: *gesta huius concilii non descripsi*, sed: *hic descripta non sunt*, quandoquidem parum videtur interesse, hanc an illam sequare lectionem, praeterea durum est, tantam versioni Graecae aduersus Latinam exemplaria auctoritatem tribuere: nihilominus tamen ex ipsa huius Codicis inspectione CHRISTIANVS ille facile refellitur. Ex illa enim discimus, quod causae in synodo Carthaginensi sexta anni 419. ad deliberandum propositae eo adduxerint Patres, ut praeteritorum temporum concilia, tum, Africæ, tum alia, quae in ecclesia Africana valescant, recitare, praelectaque actis inferere necessarium iudicarent. Ita vero factum est, ut, cum causis ita exigentibus mox huius, mox aliis concilii canones recitarentur, actisque synodi sextae ad*ssicerentur, antiquiora concilia cum actis huius synodi, siue, ut stylo forensi rem enunciem, adiuncta cum protocollo, coalesce-*rent in unum, atque hac ratione fine Patrum proposito et sua quasi sponte collectio illa nata sit, cui postea *Codicis Africani* nomen inditum est. Atque hinc reddi potest ratio, cur in praefatione Codicis sui DIONYSIVS EXIGVVS hunc Codicem Ecclesiae Africanæ vocauerit *Concilium Africanum*, singulari numero, eique titulum *Conciliū Carthaginensis* inscriperit, tum vero et alii hunc allegandi modum sequuti sint, veluti HINCMARVS Rhemensis tum alibi, tum praesertim in epistola I. II. III. VI. ad HINCMARVM Laudunensem apud ECCARDVM in Corp. Hist. medii aevi, Tom. II. pag. 377. 387. 393. et 400., nam dubium non est, quin idem opus pro diuerso eius ad*spe.*

luit cura diligentiaque collegit, nimirum SIRI-  
CII, INNOCENTII I., ZOSIMI, BONIFA-  
CII, COELESTINI, LEONIS I., GELASII et  
ANASTASII; et ad haec decreta in vnum con-  
iungenda sine dubio non sola IULIANI imitatione  
accessit, sed et GELASII I. Pontificis, in Synodo  
Romana anno 494. coacta, decretales epistolas,  
quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab ur-  
be Romana pro diuersorum patrum consultatione  
dederunt, venerabiliter suscipiendas esse consti-  
tuentis b), auctoritas ad hoc valuisse videtur;

A 5 hanc

spectu mox pro vno tan-  
tum coneilio, mox ite-  
rum pro variorum collec-  
tione, haberi possit. Cum  
igitur haec acta in publi-  
co concilii conspectu, imo  
Patrum hic congregato-  
rum iussu, congregata fuer-  
int, quis LVPO, et ZE-  
GERO BERN. VAN ESPEN,  
in Schol. in omnes cano-  
nes concil. Part. II. Ca-  
pit. III. §. 2. pollicem ei  
prementi, in eo adstipu-  
labitur, vt ea omnia pri-  
uato homini tribuat? Nec  
locus supra allegatus, qui  
LVPO scrupulum iniecit,  
illud euincere potest, quia  
non continet alias cuius-  
piam huius Codicis col-  
lectoris, sed ipsius DIO-

NYSII, annotationem,  
quales et passim alibi ab  
eo interspersae sunt; et  
aliunde iam constat, hunc  
Codicem Africanum ad  
nostra tempora non in-  
tegrum peruenisse, sed  
truncatum, quippe ESPE-  
NIVS loc. alleg. non con-  
temnendis euicit ratio-  
nibus, DIONYSIVM non  
tantum nonnulla in com-  
pendium contraxisse, sed  
etiam quaedam plane omi-  
fisse.

b) Cap. 3. Dist. XV.  
Qui omnes PSEUDO-ISI-  
DORI decretales in tute-  
lam infausto omne rece-  
pit, DOVIATIVS, hic quo-  
que illas a GELASIO com-

men-

hanc enim apud DIONYSIUM permagnum momentum habuisse, ipsius praefationis testimonio constat.

§. 3.

In hisce operis sui limitibus DIONYSIVS subsliterat. Post obitum vero illius nonnulla augmenta huic Codiei accessisse tum manuscripta exemplaria et libri ex illis editi demonstrant; tum vero praesertim LEONIS IV. Pontificis Romani testimonium euincit; quod, cum ad illud subinde respiciendum sit, hue iuuat transcribere. Nimirum LEO IV. circa annum 850. Episcopis Britanniae in haec verba rescripsit *i)*: *De libellis et commentariis aliorum non conuenit aliquem iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, QVAE HABENTVR APVD NOS SIMVL CVM CANONIBVS k).* Quibus autem in omnibus ecclesiasticis

mendari censuit, Praenot.  
Can. Lib. II. cap. 22. §. 8.  
Quod, si verum esset, DIONYSII diligentiam oppido non effugissent, nec alia adsunt vel documenta vel indicia, ex quibus constat machinam tantam antiquitatem attingere iure suspicari possimus.

*i) Cap. I. Dist. XX.*

*k)* Verosimillima est conjectura, quam b. IVST. HENN. BOEHMERVS in Dist. de decretorum Pontificum Romanorum variis collectionibus et fortuna, praemissa Decretalibus GREGORII IX. §. 9. not. 58. attulit, scilicet LEONEM IV. ideo in hac epistola legitimas Pontificum Romanorum Decretales

*ficis utimur iudiciis, sunt canones Apostolorum,  
Nicaenorum, Ancyranorum, Neocaesariensium,  
Gan-*

tales speciatim recensuisse, ne quis eandem spuriis praeferat. PSEUDO-ISIDORI Decretalibus cum genuinis auctoritatem traheret. Alias enim vix poterit idonea reddi ratio, cur tanta cura LEO IV. Praedecessorum suorum, quorum decretis in decidendis causis ecclesiasticis vtendum sit, recensum egredit, praecipue vero non alias sanctorum Patrum sententias preferendas esse existimauerit, praeterquam eas solas, quae, ut ait, habentur apud nos simul cum canonibus. Et profecto ISIDORI MERCATORIS confictae Decretables LEONI IV. incognitae esse vix poterant. Cum enim iam anno 785. INGELRAMVS Metensis capitula sua magnam partem ex suppositiis istis PSEUDO-ISIDORI mercibus excerpta HADRIANO I. Papae obtulisset, et, illa ex Codice in ecclesia Romana ea tempestate recepto desumpta non esse, facile

in oculos incurreret, supina HADRIANI fuisset negligentia, nisi ex INGELRAMNO, unde haberet, quae siuisset, quo facto eum monstrofi partus parens non amplius latere poterat. Neque dubitate licet, hanc suppositionis notitiam ad successores quoque HADRIANI, et inter eos ad LEONEM IV. fuisse propagatam. Quodsi vero istae ab impostore confictae Decretables ad LEONIS notitiam peruerterunt, non alio profecto consilio his solis Decretalibus, quae habentur apud nos simul cum canonibus, auctoritatem in decidendis causis ecclesiasticis trahere potuit, quam ut, ficticias istas pari honore indignas esse, significaret. Et hanc sententiam confirmant etiam varia gesta, quae mox deinde fecuta sunt. Constat enim, sub ortis inter NICOLAVM I. et HADRIANVM II. cum Gallicanis Episcopis non nullis contentionibus, cum hi

*Gangrensum, Antiochensum, Laodicensum,  
Constantinop. Ephesin. 1) Chalcedonensum, Sar-  
dicen-*

hi auctoritate nonnullarum ex ISIDORI compilatione Decretalium cominus virerentur, id quod praecipue in causa ROTHADI Suectionensis et HINCMARI Laudunensis factum est, eos inter alia propterea has Decretales repudiasse, *quod non haberentur in Codice*; quemadmodum ex c. I. Dist. XV. iam satis intelligitur, quippe deceptum est hoc capitulum ex epistola, quam in ROTHADI causa NICOLAVS I. scriperat ad Galliae Episcopos. Vide et DU BOULAY, *Histoire du Droit Canonique*, Tom. II. pag. 16: HINCMAR fit difference des Epîtres d' Innocent, et des autres qui étoient insérées dans le Code, d' avec ces nouvelles (Isidoriennes), qu'on devoit simplement regarder comme une instruction, disoit il, et non comme une loi. At illos hoc argumento oculos ad ea defixisse, quae LEO IV. Britanniae Episcopis re-

scriperat, et eius mentem probe perspectam habuisse, ambigere non licet; et, cum tamen ex hoc principio contra fictitias Decretales idisputauerint, scire debuerunt, LEONEM IV. haec verba: *quae habentur apud nos simul cum canonibus*, ea mente epistolæ suæ adiecisse, ut Isidorianaæ farragini speciem et auctoritatem detraheret.

1) Ephesini I. aduersus NESTORIVM concilii canones, licet Ecclesia Romana eos probauerit, DIONYSIVM tamen collectio ni suae non intulisse, in vulgus notum est; de causa non satis constat. Nam, quamuis in Codice canonum Ecclesiae vniuersae, quem suae collectionis quasi fundamentum posuerat, huius concilii canones non continerentur, et III. PERTSCHIVS libro cit. pag. 116. contrarium statuens procul dubio erraverit, et forte memoriae lapsa

licensum, Africanensem, Carthaginemsum, et  
cum illis regulae praesulum Romanorum, Syl-  
vestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Coelestini,  
Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdae,  
Simplicii et Gregorii iunioris. Iste omnino sunt, et  
per quos iudicant episcopi, et per quos iudicant,  
et clerici. Nam si tale emerget, vel contige-  
rit inusitatum negotium, quod minime possit per  
istos definiri; tunc si illorum, quorum memini-  
si, dicta Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cae-  
terorum similiter sanctorum doctorum similium  
reperta fuerint, magnanimititer sunt retinenda,  
ac promulganda; vel ad apostolicam sedem refe-  
rendum de talibus m) §. 1. Quam ob causam  
lucu-

lapsu cum Codice cano-  
num Ecclesiae orientalis  
alterum ecclesiae vniuer-  
sae confuderit, DIONY-  
SIVS tamen eodem jure,  
quo canones Chalcedo-  
nenses, et Sardicenses ad-  
didit, Ephesinos quoque  
adlicere potuisset. PE-  
TRVS DE MARCA in Diff.  
debet. collect. can. cap. 3.  
§. 19. hanc adserit ratio-  
nem: quoniam cum nullos  
ad disciplinam pertinentes  
canones Ephesinum concil-  
lium ediderit, sed tantum  
fidem rectam adstruxerit  
aduersus insaniam NESTO-

RII, non erat, cur anathe-  
mata contra haeresim eius-  
que factores corpori ca-  
nonum adiicerentur. Cae-  
terum nomen Ephesino-  
rum deest non modo in  
libris Decreti manu exa-  
ratis, sed et in fonte,  
vnde hic textus desumtus  
est, quemadmodum b.  
BOEHMERVS in notis huic  
capitulo adspersis obser-  
vauit, et sine dubio a scio-  
lo descriptore adiectum  
est. Conf. de caetero  
not. sq. (n).

m) Varia sunt, quae ad  
hanc LEONIS IV. episto-  
lam

*luculentius et magna voce pronunciare non ti-  
meo: quia, qui illa, quae diximus, sanctorum*

pa-

Iam notari merentur. Et quidem, quod ad lectio-  
nis varietatem pertinet, de eo illa, quae ad praes-  
fens institutum spectant, sequenti annotationi re-  
feruare malui. Quod reliqua attinet, haec tenen-  
da sunt. 1) Britanniae Epis-  
copi in causa, quam haec  
epistola concernit, sine  
dubio inuerso ordine ege-  
rant, quandoquidem ad  
eam decidendam, praeter-  
missis conciliorum cano-  
nibus et Decretalibus Pon-  
tificum Romanorum, Pa-  
trum vi vocant Ecclesi-  
sticorum libris et priuatis  
sententiis vbi fuerant. Ob-  
hoc vero a LEONE IV.  
merito reprehenduntur. 2)  
Ordinem demonstrat, quo  
quaelibet regularum ec-  
clesiasticarum species col-  
locari debeat; nimirum  
hunc, vt primo ad deci-  
endas causas adhiberi de-  
beant sanctorum concilio-  
rum canones, quibus ve-  
ro aequiparantur literae  
Decretales Pontificum,  
non omnino omnes, sed,

quae habentur apud nos  
simil cum canonibus. Un-  
de vis earum omnis ponit  
tur in receptione per  
auerionem in Codice cum  
canonibus facta; et exclu-  
duntur ab hoc loco tum  
ISIDORI fictae, tum cae-  
terae omnes Decretales,  
quae extra corpus Dio-  
NYSII vagabuntur. De  
illis vero Decretalibus et  
canonibus, eos omnino  
sequendos esse statuit. His  
autem deficientibus secun-  
do demum loco ponit sen-  
tentias Patrum et alterna-  
tive relations ad Seder  
apostolicam. Et, quod  
speciatim sententias Pa-  
trum attinet, de his non  
dicit, quod dixerat de ca-  
nonibus et Decretalibus in  
Codicem relatis, nimirum  
omnino eas in iudicando  
sequendas esse, sed tantum  
esse magnanimitteretinen-  
das; quae formula loquen-  
ti fere cum illa conuenit,  
qua GELASIVS I. in synodo  
Romana. a. 494. cap. 3. Dist.  
XV. de Decretalibus lo-  
quens usus fuerat, scil. illas

76-

patrum statuta, quae apud nos canonum nomine praetitulanuntur, (sive sit ille episcopus, sive clericus, sive laicus) non indifferenter recipere conciuntur; nec catholicam et apostolicam fidem, nec sancta quatuor euangelia utiliter et efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur n). Quod si igitur hoc LEONIS IV. frag-

men-

venerabiliter suscipienda esse. Cum vero in eandem cum Patribus classem relationes ad Sedem Romanam, sive, quod idem est, Epistolas ad relationes a Sede Romana scriptas, seu Decretales DIONYSIANO corpore recensiones, collocat, LEONEM IV. de auctoritate harumce Decretalium, quas nondum Ecclesia sponte in legum vicem receperat, modestius adhuc sensisse, quam successores deinceps illius, oppido apparet. Sic enim aliis electionem adhuc permittebat, utrum cauas obuenientes, de quibus nec in canonibus, nec in Decretalibus receptis, quiequam statutum erat, iuxta sententias Patrum dirimere, an potius ad Pontifices Romanos de illis referre,

et secundum Decretales rem transigere, malling. Quam verecundiam LEONIS animo insedisse, ex illis etiam, quae statim sequuntur, magis adhuc confirmatur, quum his, qui canones non indifferenter recipiant, nec sancta quatuor euangelia quicquam prodeesse GREGORIO M. ipraeunte dicat, de Decretalibus vero, vel et in Codicem relatis, idem non dicat. Sed, scenam mox mutatam esse, quis ignorat?

n) Habet Bibliotheca academica Erlangensis Codicem manuscriptum Decreti GRATIANI optimae notae, quem, quia vix unam vel alteram Paleam continet, et propter cetera antiquitatis indicia, ad finem saeculi duodeci-

mi

mentum cum characteribus Codicis Dionysiani aliunde cognitis comparamus, etsi omnino mendis non careat et Decretalium praecipue recessus negligentius actus sit *o*) tamen et ipsa concilio-

mi vel ad initium decimi tertii referendum esse censeo. Pleraque, quae quoad lectionis varietatem a b. BOEHMERO in notis ad hunc textum annotata sunt, illo confirmantur; speciatim vero pauca, quae ad praesens institutum tantisper tendunt, obseruo, nimirum in recenti conciliorum post Gangrense omissa esse verba: *Antiochensum, Laodicensum, Constantinopolit. Ephesin. Chalcedonensem*, et inter Pontifices, quorum Decretales recententur, *SIMPLICII et SYMMACHI nomina omessa esse.*

*o*) Ita huius textus corruptionibus mentio concilia Ephesini annumeranda est; quae denum tunc serius facta, postquam in Decretum GRATIANI iam relatus fuerat, cum vox *Ephesinorum* in omnibus Decreti manuscriptis et in

ipso fonte desit. Vid. b. BOEHMERVS in notis ad hunc textum. SYLVESTRI vero Pontificis Romani pomen corruptor ipsi fonti intulit; aliunde tamen constat, nullas huiusce Pontificis Decretales in Codice DIONYSII occurrere, et haud vana forte conjectura est, hac sui nominis in hunc textum intercalatione impostorem impostori, nempe PSEUDO-ISIDORO, fidem conciliare voluisse. Econtraario in hoc capitulo inter Pontifices omissa sunt nomina ANASTASII, BONIFACII et FELICIS, quorum tamen Decretales in Corpore DIONYSII ineuniantur, et forte LEO IV. ideo illa praetermissa, quod cogitaret, quorundam Pontificum nomina adduxisse ad exemplum sufficere, caeterorum sine damno omitti posse, quod iama ante dixisset, has omnes

liorum nomina et Pontificum, et ordo canonum et Decretalium, et vtrorumque coniunctio, ostendunt, illum non alium, quam Dionysianum Codicem, in oculis hic habuisse. At cum simul inter Pontifices, quorum epistolae Decretales in istum Codicem relatae, nomina HILARII, SYMMACHI, HORMISDAE, SIMPLICII, et GREGORII II. occurant, quibus FELICIS adhuc iungi debuisset; has tamen, ut supra obseruavi, DIONYSIUS collectioni suae non addidit, et nonnullas nequidem addere potuit, vita nimis iam circa annum 540. functus; Dionysiano operi post eum ab alio, incognito licet, auctore augmenta esse adiecta, exploratum est; idque circa annum 730. contigisse, ideo defendi potest, quia GREGORIUS II. hoc anno vita excessit, et nulla Decretalis successorum eius in huncce Codicem relata deprehenditur, cum tamen illi copiosum earum agmen emittere neuti- quam cessauerint.

§. 4.

Equidem Ecclesia Romana iam ante DIO-  
NYSII aetatem versionem Graecorum canonum  
ha-

omnes Decretales, quae  
habentur apud nos simul  
cum canonibus, in iudiciis  
ecclesiasticis esse sequen-  
tas, ex quo quippe fa-  
cile esset intellectu, et il-

B

habuit p); vtrum vero illa publice recepta, tantum priuatorum vsu introducta fuerit, haud adeo liquet. Certiora documenta extant auctoritatis, quam DIONYSII collectio nacta est. Etenim vix illam DIONYSIYS ediderat in vulgus, cum et fama virti, qua propter insolitam ea tempestate eruditionem viridi fruebatur, et pretium operis, et denique coniunctio illorum, quae alias dispersa erant, efficarent, vt primo quidem Canonum Codex, mox vero deinde etiam Decretalium congeries, atque ita integrum DIONYSII Corpus, publicam auctoritatem acciperet, et, vñ licet magis et consuetudine, quam expresso decreto, ceu norma iudiciorum et disciplinae ecclesiasticae ab Ecclesia Romana recuperetur, adeo quidem, vt tuto dici possit, hunc canonum et iunctarum illis Decretalium Codicem, si modo par-

p) Id quod tum aliunde notum est, tum quoque ex DIONYSII ad STEPHANVM Salonitanum praefatione, quam canonum libro praeinstit, intelligitur. Dum enim occasionem exponit, qua ad hunc laborem aggrediendum se adduci pati-  
sus est, LAVENTIVM, ait, Presbyterum, assidua cohortatione paruitatem suam per pulisse, vt regulas ecclesiasticas de Graeco transtulerit, adiiciens:

*confusione credo prisca translationis offensus. Et est fortassis haec eadem versio, quam postea MARTINVS etiam Dumensis s. Bracarensis, cum anno 572. collectionem suam canonum Episcopis in Coneilio Bracarense II. congregatis offerret, in epistola ad NITIGESIVM obscuritatis arguit. Vid. HARDVINVS in Collect. Concil. Tom. III. col. 390.*

particularibus Ecclesiae Romanae conciliis et sanctorum Patrum sententiis et opinionibus discesseris, quarum quippe auctoritas iam illo tempore ultra, quam fas erat, excreuerat, per longum deinceps tempus quasi regnum quoddam disciplinae ecclesiasticae solum tenuisse. Cuius rei testimonia habemus non modo illustrem illum CASIODORVM q), coetaneum et plane familiarem DIONYSII, qui, multis aliis in eius laudem dictis, haec quoque adiecit: *qui, petitus a STEPHANO Episcopo Salonitano, ex graecis exemplaribus canones ecclesiasticos, moribus suis, ut erat planus atque disertus, magna eloquentiae luce composuit, QVOS HODIE VSV CELEBERRIMO ECCLESIA ROMANA COMPLECTITVR; sed etiam IOANNEM II. Pontificem Romanum, quippe ex cuius epistola in causa CONTVMELIOSI an. 534. scripta r), b.* BOEHMERVS s) ostendit, epistolam SIRICII ad HIMERIVM Tarraconensem ab eo ex collectione DIONYSII fuisse excitatam. Praeterea cel. FLEURY t) ex epistola ZACHARIAE ad

B 2 Maij.

q) *Instit. diuin. lect.* s) *In Diff. de decretalium Pont. Rom. variis collectionibus et fortuna,*  
cap. 23. §. 4. not. 20.

r) DIONYSIVS etenim primus Decretales in capita secuerat, et tamen IOANNES II. ex epistola SIRICII capitulum VII. allegavit. t) *FLEURY, Histoire eccl. Liv. XLII. Tom. IX. p. m. 322. verb. Sur tous ces*

Maiorem Domus PIPINVM, Episcopos, Abbatess et Comites Galliae circa annum 747. exarata obseruavit, hunc Pontificem ad articulos viginti septem epistolae iunctos non nisi adductis ex Codice Dionysiano auctoritatibus respondisse. His testimonii si tandem LEONEM IV. §. proxime superiori adductum iungimus, pluribus non erit opus. Quod autem dixi, hanc insignem auctoritatem non solum ad canonum opus a DIONYSIO collectum, sed et ad Decretalium collectiōnem pertinuisse, ex tribus testibus, quos ultimo loco excitaui, abunde perspicitur, nec adeo mirum videbitur illis, qui cogitant, quantam auctoritatem iam GELASIVS I. singulis Pontificum decretis tribuerat u). Et hic solitarius Corporis Dionysiani Principatus eousque in Ecclesia Romana durauit, donec, obortis seculo nono cum Epi-

fco.

ces articles le Pape ne fait que rapporter les anciens canons contenus dans le code de l'eglise Romaine, c'est à dire, les canons des apôtres, de Nicée, d'Antioche et les autres, avec les décrétales des Papes. Ce qui semble montrer que ces canons étoient alors peu connus deçà les alpes. Sed codicem Ecclesiae Romanae hic Auctor non alium intellexit, nisi Dionysianum.

u) Vid. quae supra §. 2. ex cap. 3. Dist. XV. alata sunt. Eam vero auctoritatem non refringendam esse ad illas Decretales, quas DIONYSIVS collegerat, sed nouis inde ab HILARIO ad GREGORIVM II. vsque scriptis deinde prioribus adiectis communem fuisse,

LEO-

scopis Gallieanis disceptationibus, NICOLAVS I.  
et reliquas omnes Decretales, quae extra illud  
Corpus vagabantur, et inter eas supposititias quo-  
que à PSEVDO - ISIDORO efficas merces, in  
societatem adscisceret, illisque aequalem cum ge-  
nuinis et antiquioribus anno 865. vim largiri co-  
naretur, cuius deinde successores has impostoris  
epistolas ubique promulgare ausi sunt x), atque  
ita vim Decretalium omnino omnium extulerunt,  
vt, cum adhuc LEONIS IV. aeuo in omnibus  
causis primo ad canones, deinde post eos ad so-  
las Decretales in Codicem receptas, ac his quo-  
que deficientibus ad Patrum sententias y) respi-

B 3 cien-

LEONIS IV. testimonio  
conficitur.

x) DU PIN, *de anti-  
qua ecclesiae disciplina.*  
Diff. II. pag. 134. sq.

y) Nemo nescit, inde  
ab AVGUSTO apud Roma-  
nos fuisse Iurisconsultos,  
quibus id datum erat, vt  
ex persona Imperatorum  
de iure responderent, et  
ita concessa per legem  
regiam Imperatoribus po-  
tetas legislatoria quo-  
dammodo cum illis com-  
municaretur. Inde porro  
eueniebat, vt iudici ab  
eorum reuera vicem le-  
gum tenerent et in iudi-  
ciis, perinde vt ceterae le-  
ges, recitarentur; vt non  
immerito ICTI passim *Iuris  
conditores* et *Legislatores*  
L. 12. §. 1. C. *de legibus.*  
L. 3. §. 20. C. *de V. I.*  
E. eorumque sententiae  
leges vocarentur, L. 2.  
§. 10. C. *eod.* et ad libros  
eorum, tanquam ad leges,  
remitterentur Iudices, L.  
1. §. vlt. C. *de rei ux.  
att.* illique pro specie  
iuris

ciendum fuisset, postea Pontifices Romani De-

cre-

iuris scripti haberentur,  
 §. 8. I. de Iure N. G. et  
 C. Nec in contrarium  
 prouocari potest ad L. 2.  
 §. 5. 12. D. de origine iu-  
 ris, cum ibi de liberae ad-  
 huc reipublicae temporibus  
 agatur; nec obest  
 quorundam sententia, sta-  
 tuentium, quibusdam ran-  
 tum ICTorum libris hanc  
 auctoritatem denum in  
 L. vn. C. Theod. de resp.  
 prud. esse datam, vid.  
 BASE, de responſis pru-  
 dentum, pag. 33. cum potius  
 in hac lege paucorum  
 tantum ICTorum libris  
 auctoritas primita conser-  
 uata, et aliis omnibus il-  
 la abrogata fuerit. Quemadmodum vero ea omnia  
 de his tantum intelligo,  
 quibus a Caesare ius re-  
 spondendi datum erat; ita  
 fateor, illis, qui prisa-  
 modo libertate vii de iure  
 responderunt, nec hac,  
 nec alia villa lege, vim le-  
 gum inquam fuisse con-  
 cessam. Sed haec  $\omega\sigma\pi\alpha\delta\omega$ , vt felicet ali-  
 quanti per causam intelli-  
 gamus, quae mouerit ly-

STINIANVM, vt ex isto-  
 rum Iureconsultorum li-  
 bris Pandectas compilari  
 iusserit, isque tanto faci-  
 lius a nota absurditatis  
 toties illi immerito inuita  
 liberari queat: praeterea  
 vero, vt eo clarius pate-  
 scat, recte non minus ha-  
 bere se sententiam illo-  
 rum, qui, instituta inter  
 Pandectarum libros et  
 GRATIANI Decretum  
 comparatione, magnim  
 vtriusque operis similitu-  
 dinem sibi deprehendisse  
 visi sunt. Quod vti, quan-  
 tum ad vtriusque collec-  
 tionis internam constitu-  
 tionem, ab aliis iam fa-  
 pius dictum est, et vel in  
 oculos cuique incurrit: ita  
 non minus verum est, si  
 fontes, vnde vterque li-  
 ber hanstus est, respici-  
 mus, et causas considera-  
 mus, quae architectos  
 vtriusque iuris ad hosce  
 fontes adeandos addu-  
 xerunt. Quemadmodum  
 enim primis Christianae  
 religionis seculis perpau-  
 ci erant Synodorum ca-  
 nones, et ita ecclesia an-  
 tiqui-

creta sua omnia et singula vel contra canones va-  
lere

B 4

tiquitus plerumque con-  
suetudine regebat, at-  
que in eo ecclesia parti-  
cularis alia aliam obser-  
nare et imitari solebat, vt  
si non in omnibus, at sal-  
tim aliqua in disciplina ec-  
clesiastica vniiformitas ser-  
uari possit, et ea, quae se-  
mel iterumque ipso vnu-  
stria deprehensa fuerant,  
ab alia ecclesia particulari  
ad alias traducerentur :  
ita saepissime eueniebat,  
vt in nonnullis causis ob-  
venientibus tum canones,  
tum consuetudines eccl-  
esiasticarum deficerent, et, pro-  
pter Iurisprudentiam ec-  
clesiasticam tam natura-  
lem, quae posituam, tunc  
parum adhuc digestam,  
sententiae virorum aequi-  
tatis, pietatis, sapientiae  
laude praecipuorum fatali  
quadam seculi necessitate  
circumpisci deberent. Hinc  
ergo factum, vt Patres,  
quos vocant, ecclesiastici  
pedetentim auctoritatem  
conferuerent, illi, quam  
in ciuitate Romana pri-  
sci Iureconsulti habebant,  
haud ferme absimilem,  
quin supparem, et id, quod

aequum bonumque, imo  
pium, esse existimauerant,  
in rebus ad disciplinam  
ecclesiasticam spectanti-  
bus facile obseruaretur,  
et e contrario nefas quo-  
dammodo haberetur, ab  
illorum sententiis temere  
recedere. Qui mos, quid  
vitii postea traxerit, non  
attinet iam dicere. Hoc  
vnum annotare inuitat, non  
prosperus vituperandum vi-  
deri GRATIANVM pro-  
pterea, quod IVSTINIANI  
vestigis insisterit, et, cum  
in istis sui seculi tenebris  
de Iurisprudentia eccl-  
esiastica magis magisque  
fundanda laudabile consi-  
lium inierat, non tantum  
canones conciliorum in  
ordinem et vnum corpus  
redigere tentauerit, sed  
etiam ex Patribus, quae  
ad propositum finem qua-  
dantenus sibi expedire vi-  
debantur, collegerit, et  
ex laciniis hisce concor-  
diam discordantium ca-  
nonum coagmentauerit ;  
praesertim cum in hoe ne-  
gotio non solam Patrum  
auctoritatem, sed id quo-  
que spectasse videatur,

quod

tere inferint z). Vtunque vero res postea gestae sint, mihi iam demonstrasse sufficit, non alium

LEO.

quod hac ratione ex illorum fragmentis, quemadmodum variis mores ecclesiistarum et regionum et temporum, et vndenam in ecclesiam penetraverint, expeditius addisci possit.

2) Hac tamen in re Gallicanam ecclesiam et olim omnibus viribus repugnasse, et hodie adhuc Decretales non supra vel contra canones, sed tantum secundum illos et in eorum executionem admittere, vix quemquam fugerit. Hinc IACOBVS BENIGNVS BOSSVET, in *Defensione declarationis Cleri Gallicani de potestate ecclesiastica*, Part. II. Lib. XI. cap. XI. pag. 132: horum, scil. canonum, EXEPTIONEM prima et Apostolica sedes ubique terrarum urgebat. Hinc ortae Epistolae decretales, de quibus HINCMARVS haec: Sunt leges et canones ac decreta sedis Apostolicae ex iisdem canonibus promulgata. Ac paulo post:

in decretis suis (scil. Rom. Pontificum) ex sacris canonibus promulgatis. *Quae quidem totidem in verbis in Pontigenis Synodo repetuntur, ut non vius HINCMARI, sed omnium Episcoporum Gallicanorum esse constet.* Et DU BOULAY, *Histoire du Droit Canonique*, Tom. II. p. 175: Ceci suppose (ie. que le Pape est soumis aux Conciles), il est certain que le Pape, en qualité de Chef visible de l'Eglise et d'Évêque du premier Siège, fait des decisions; et que ces decisions, quoiqu'inferieures à celles des Conciles, ont force de Loix, quand elles sont canoniques, et que les peuples s'y sont soumis par une acceptation authentique. Or pour qu'un Décret soit canonique il faut — que les decisions soient faites et publiées selon les Canons. Add. BOEHMERI *Observatio ad PETRI DE MARCA lib. de concord. Sac. et Imp.* ad Lib. I. cap. 8. 9.

LEONE IV. sedente, itaque usque ad medium  
seculi noni, apud Romanam ecclesiam obtinuisse  
et canonum et Decretalium Codicem, quam Dio-  
nysianum, non primum illum, quem ipse Dio-  
nysius ediderat, sed Decretalibus quibusdam  
locupletatum.

§. 5.

Cum igitur viderimus, queis legibus hoc  
temporis intervallo Ecclesia Romana vixerit, in  
Gallias Germaniamque, et universam Francorum  
dominationem nunc porro oculi parumper re-  
torquendi sunt; quibusque regulis Ecclesiae Chri-  
stiane per hasce regiones diffusae, per seculum  
praesertim sextum, septimum et octimum, disci-  
plina constiterit, utrumque exigendum est. Hoc  
vero argumentum tentare magis, quam plenius  
exequi, inter alia multa suadent illorum tempo-  
rum tenebrae et monumentorum satis certorum  
inopia, quas si quis difficultates vincere cona-  
tur, prorsus verendum esset, ne opus in iusti li-  
bri molem excresceret. Etsi vero certum sit, Ec-  
clesiam Gallicanam inde a saeculo quarto non  
tantum concilio Nicaeno usam esse, sed etiam  
domesticis canonibus in Galliae conciliis conditis  
disciplinam accommodasse: hos tamen in Codicem  
fuisse redactos eique publicam auctoritatem ac-  
cessisse, oppido non liquet. Evidem fuerunt,  
qui, Galliae ecclesiam inde a sexto ad minimum  
seculo peculiarem canonum Codicem habuisse,

censuere, et forte aliquis HINCMARO Rheimen-sium Archiepiscopo testimonium ideo denuncia-re vellet, quod ille in libris suis passim *Librorum Auguſtorum noſtrorum*, vel etiam *Librorum Ca-pitularum Synodalium*, mētioneſ faciat a). Sed tamen hoc argumen-to nihil magnopere effi-ci, inde colligeſ posſuſ, quod, cum HINC-MARVS capitulum *quinquagesimum quintum de ſeruorum ordinatione* ex libro primo *Capitulo-rum Synodalium* excitat, idque contineatur in Capitularibus ab ANSEGISO Luxouienſi et Fon-tanellensi Abbatē collectis *Libro I. cap. LV.* hoc vno exemplo sat manifeſtum fit, ab HINCMARO ſub nomine *Librorum Auguſtorum* et *Libro-rum Capitularum Synodalium* non ſingularem canonum vel vniuersalium vel Galliae particula-rium Codicem indigitari, ſed Capitularium illud Corpus ab ANSEGISO et BENEDICTO LEVI-TA compositum. Quod, ſi quis eapropter, quod inter variaſ alias conſtituções et canones Syno-dorum in ſeſe comprehendat, pro Codice cano-num Eccleſiae Franciae particulaři venditare ve-lit, nae! is mihi verbis egregie ludere et ex quo-libet ſtipite facile Mercurium effingere poſſe vi-debitur. Qua in re vti quemlibet ſuo ingenio abuندare patior, ita ego, quousque non aliis et melioribus documentis, aduifile olim peculiarem

Codi-

a) Vid. HINCMARI *Histor. med. aeui*, p. 407.  
Epift. VII. et VIII. apud 48.  
ECCARDVM in *Corporé*

Codicem Canonum Ecclesiae Gallicae, demonstrabitur, talem vñquam extitisse inficior, et potius axioma, quod olim BARONIVS b) posuit, amplector: *Quod a recentiori auctore de rebus antiquis sine alicuius vetustioris testimonio profertur, contemnitur.*

§. 6.

Neque meliorem eorum causam esse censeo, qui credunt, iam ante annum 774. et vel si Diis placet a seculi sexti primordiis Dionysiani Codicis auctoritatem in Gallias penetrasse; nec refert, vtrum de vetere tantum isthuc illins editione intelligas, quod quibusdam placuit c), an vero, quod alii fecerunt d), de vtraque ita sentire velis.

Nam

b) Vid. Annales Ecclesiasticos, Tom. I. ad ann. I. num. XL. pag. 49.

c) Ita censuit PETRVS DE MARCA, *de Concord. Sac. et Imp. lib. I. Capite IX. §. 4. p. 51.* qui primam Codicis Dionysiani editionem iam ante HADRIANVM I. et CAROLVM M. apud Gallos valuisse credidit, qua in re inter alios BASNAGIVS quoque illi adstipulatus est in obseruatione praemissa

*Epitomae Canonum, quos HADRIANVS CAROLO obtulisse dicitur, apud CANISIVM Lection. antiquar. Tom. II. pag. 264. Edit. BASNAGII.*

d) In hanc partem sedicit III. PERTSCHIVS, vt patet ex §. 2. not. (b). Neque enim ibi distinguit veterem a noua et aucta editione, sed de vtraque uno spiritu pronunciat, eam ante HADRIANI dominum Gallias intraffe.

Nam neutram opinionem vel testibus idoneis, vel documentis perspicuis, inniti video. Quin potius ad HADRIANI I. vsque tempora hanc huius Codicis auctoritatem se prorsus intra Italianum et Alpium montes continuisse, sequentia, ni falor, abunde demonstrabunt. Qui etenim primo ad Aquisgranense Capitulare anni 789. prouocant, atque exinde sententiam nostrae contrariam probari posse existimant, non cogitant, HADRIANI donationem iam anno 774. factam, ideoque ex isto Capitulari id quidem intelligi, quod tempore donatione posteriori obtinuit, non illud perinde quod ad antiquiora spectat tempora. Deinde scio quidem, quod in concilio Agathensi anni 506. can. 1. placuerit Patribus, ut *canones et statuta patrum per ordinem legerentur*, quod canone 7. et 35. prouocauerint ad *priscam canonum auctoritatem*, imo cap. 9. ad INNOCENTII ordinationem, et ad SIRICII auctoritatem e;

ne-

e) Ex placitis huius concilii omnino suspicio oriri posset, quasi iam eo tempore Dionysianum illud corpus in manibus Episcoporum fuerit. Nam inter alia illud praecipue notatu videtur esse dignum, quod Patres iussissent, ut canones *per ordinem legerentur*; ex eo enim facillima quis con*iectura ad ordinem cuiusdam collectionis ducitur. Deinde prisa illa canorum auctoritas, et illud antiqui canones, ad canones, quos DIONYSI collectio continet, aptissime respicere videtur; et INNOCENTII ordinati*onem atque SIRICII auctoritatem, quae can. 9. referuntur, nihil aliud esse,**

neque me fugit, non adeo contemendas esse  
rationes, quibus III. PETRVS DE MARCA  
ad.

nisi INNOCENTII I. epistolam ad EXVERIVM  
et SIRICII epistolam ad HIMERIVM Tarraconensem,  
excerptum, quod legimus ap. HARDVINVM  
Collect. Concil. Tom. II.  
col. 999. post canonem  
nonum et comparatio obiecti,  
quod canone isto  
concilii Agathensis et  
his Pontificum epistolis  
tractatur, nimur de  
Clericis coniugatis, sa-  
tis demonstrat. Acce-  
dit, quod in eodem  
huius concilii canone oc-  
currant verba: quae (sc.  
viraque Pontificum episo-  
tolae) est bis canonibus in-  
serta. At, cum epistolae  
illae canonibus concilii  
Agathensis non in omni-  
bus exemplaribus depre-  
hendantur insertas, non  
nemo dixerit, haec ver-  
ba: *bis canonibus*, non in-  
dicare concilii Agathen-  
sis, qui modo scribeban-  
tur, canones, sed cano-  
nes antiquos, qui, iuxta  
canonem primum, in hoc  
concilio legi debebant.

Vnde coniectura nascitur,  
non modo codicem, anti-  
quos Graecos canones,  
sed etiam Decretales Pon-  
tificum epistolas continen-  
tem, in hoc concilio le-  
ctum esse; qui characteres  
in nullum alium, praeter-  
quam in DIONYSII codi-  
cem, videntur conuenire.  
A vero tamen proprius ab-  
eris, si ita existimes, pri-  
mo, quemadmodum recen-  
sita sanctorum virorum  
Patrum statuta in Syno-  
di Arelatenis anni 551.  
can. I. indubie nihil aliud  
funt, nisi conciliorum Gal-  
liae canones, ita et in hoc  
concilio Agathensi fine  
absurditatis nota sub no-  
mine *antiquorum* cano-  
num, *antiquos* Galliae  
canones, et verbis: *per*  
*ordinem*, non *collectionis*,  
sed *temporis ordinem* apte  
intelligi posse; deinde,  
si ex ipsa SIRICII episo-  
tolae superius allegata discri-  
mus, qui mos fuerit illo-  
rum temporum Pontifi-  
cum Decretales epistolas  
latius promulgandi, per-  
faci-

adstruere laborauit, non modo in canone 3. concilii Aurelianensis anni 538. decretum LEONIS Papae ex corpore DIONYSII adduci, sed etiam a CHILPERICO Rege Episcopis in Parisina a. 577. Synodo congregatis DIONYSII collectionem transmissam fuisse f); quod

por-

facile intelligemus, quare ratione fieri potuerit, ut istae epistolae in manus Episcoporum Galliae peruenient, etiamsi in nulla collectione continerentur, atque, ne illud: HIS canonibus insertae, ad canones in Agathensi concilio lectos trahamus, vetat quod inter canonem primum et nonum intercedit ingens interuallum, ex quo quippe colligitur, verba: HIS canonibus insertae, non pertinere ad canones in hoc concilio lectos, sed conditos. Nec obest, quod tamen neutrām epistolam inter canones huius concilii editos inueniamus, cum nemo probare possit, nihil ex actis huius concilii esse deperditum, sed omnia integra ad nostram aetatem peruenisse. Tandem, illud maxime contrariae

sententiae obest, quod veterissimum sit, DIONYSIUM circa annum 506, quo Agathense concilium coierat, ne primam quidem conciliorum collectionem, nedum secundam operis sui partem, adhuc perfecisse et ea omnia in vulgus edidisse, quia omnia haec in Galliam usque penetrasse; sed hancce potius compilationem circa annum 527. in lucem demum prodidisse. Vid. AYRER, Prolus. de collect. Iuris Canonici, Opusculor. Tom. I. pag. 61. sqq.

f) Illustrissimus nimis Praesul PETRVS DE MARCA, de C. S. et imp. Lib. III. cap. 5. §. 3. et Lib. VI. cap. 21. §. 5. ideo sibi persuaderet, DIONYSII collectionem statim ut edita fuit per Gal-

lias.

porro in Praeceptione GVNTRAMNI de ob-  
ser-

lias inualuisse, quia 1) apud sedem apostolicam vigebat, et 2) prae squatore veteris interpretationis nitor suo commendabatur; 3) quia canone 3. concilii Aurelianensis a. 538. habiti, profertur decretum LEONIS Papae de Metropolitanorum electione, quod, cum' peti-  
tum sit ex epistola ad ANATOLIVM Thessaloniciensem, apud Gallos de-  
creti nomine valere non potuerit, nisi ex recepta DIONYSII collectione. His 4) addit, CHILPERI-  
CVM, vt PRAETEXTATVM homicidii falso insimulatum, qui tamen circumuentus ipse veniae et irae regiae facilius sedan-  
dae se reum esse confessus erat, tanto certius op-  
primeret, Episcopis in Synodo Parisina a. 577. congregatis codicem mi-  
ssisse, de quo haec sunt GREGORII TURONENSIS verba, Annal. Franc.  
Lib. V. cap. 19: Ipse ve-  
ro, scil. Rex, ad meta-  
tum discessit, transmittens

librum canonum, in quo  
erat QVATERNIO NOVVS  
adnexus, habens canones  
QVASI APOSTOLICOS con-  
tinentes baec: Episcopus  
in homicidio, adulterio et  
periurio deprehensus a sa-  
cerdotio diuellatur; quod  
ad can. apost. 24. (al. 25.)  
fit referendum. At hos  
tantum ex Codice Dio-  
NYSII allegari potuisse  
supponit. Sed, fallor,  
aut haec omnia rem non-  
dum conficiunt. Ut enim  
conjecturarum anfractus,  
quos III. PETRVS DE  
MARCA primo et secun-  
do loco adferit, siccō pe-  
de praeteream, ad tertium  
argumentum obseruo, ex  
concilio Aurelianensi non  
vtique apparere, quod  
Aurelianenses Patres ad  
illud LEONIS decretum  
ideo respexerint, quasi  
apud se quoque decreti vi  
valeret, nam isthanc vim  
decretales Pontificum epi-  
stolae tunc nondum na-  
ctae erant, et potius eam  
ob causam id factum esse  
dicendum est, quod eo  
iam tempore vel longe ab

VI.

seruando die dominico f), qua Concilii Mat.  
co.

vrbe distantium regionum  
Episcopi instituta Patriar-  
chalis Sedis sponte nulla-  
que necessitate cogente  
ad vniiformitatem obser-  
vandam solebant imitari.  
Quod vero ad GREGORII  
TYRONENSIS relationem  
spectat, primo, nondum  
adeo euictum est, quod  
canon a GREGORIO addu-  
ctus ad can. apost. 24.  
vel 25. debeat referri. In  
hoc enim, prouti habe-  
tur in DIONYSII codice,  
nihil de homicidio legitur,  
econtra furti sit mentio,  
de quo in allegato GREGO-  
RII canonе nihil occurrit;  
et, licet ex narratione  
GREGORII admodum sit  
simile vero, eum ita vo-  
luisse adferre canonem,  
vt verba codicis regii ob-  
seruaret, vtriusque tamen  
canonis caetera quoque  
verba in plerisque discre-  
pant. Quod quidem alios  
eo deduxit, vt crederent,  
apostolorum canonem in-  
truso homicidii vocabulo  
abs rege fuisse corru-  
ptum; sed, eti GREGO-  
RIUS TYRONENSIS in hac

ipsa Synodo accuratum  
felle praebuerit Regis ob-  
seruatorem, vt vel ex eo  
constat, quod, cum cor-  
rupti Episcopi sententiam  
ad Regis postulationem  
ferre nitebantur, ipse de-  
se narrat: *Quibus condi-  
tionibus ego restiti, iuxta  
promissum Regis, vt nibil  
EXTRA CANONES gerere-  
tur; atque hac ratione  
canonem, quem Rex pro  
se allegabat, ceu extra  
canones positum reiecerit,*  
*eiusmodi fraudis et cor-  
ruptionis tamen nullam  
mentionem fecerit, vix  
ac ne vix quidem id omis-  
surus, si vere facta fuisset.* Deinde sit ita, quod  
canon a GREGORIO alle-  
gatus sit idem, qui inter  
canones sic dictos Apo-  
stolorum numero 24. vel  
25. legitur, sit ita, quod  
codex DIONYSII is fue-  
rit, quem CHILPERICUS  
Episcopis transmiserat:  
aut hoc demum tempore  
DIONYSI codicem apud  
Gallos apparuisse, cen-  
sendum est, aut ante hanc  
Synodus iam eum valui-  
se.

conensis secundi decreta a. 585. confirmavit, ad canones prouocatum fit; CHLOTHARIVS quoque II. in Edicto anni 615. definitionis, inquit, nostra est, ut canonum statuta in omnibus convergentur, et, Presbyteros aut Diaconos, conuictos de crimine capitali, iuxta canones disstringi, et cum Pontificibus examinari, iussit b),  
nec

se. Si nunc demum nouiter apparuit, non quaternonem tantum GREGORIVS, sed integrum codicem nouitatis arguere debuisset, et contra faciens admodum inepte locutus fuisset. Sin antea iam valuit, vix verosimile est, ab omnibus Episcoporum codicibus Apostolorum canones, qui tamen ab initio statim inter praecipuas codicis Dionysianae partes fuerunt, omnino abfuisse, atque in solo regio codice fuisse comprehensos, vt ipsis nouitatem GREGORIVS obiecte potuerit. Vtrunque igitur cum aequa sit inconveniens, dicendum est, CHILPERICI codieem non illum Dionysianum fuisse, sed vel Codicem ecclesiae vniuersalis ex prisca translatione, vel Codi-

cem ecclesiae Gallicanæ, ad priuatum usum a quoniā collectum, et horum alterutri canones Apostolorum Regem addidisse; vt frustra laborent, qui ex hac GREGORII TIRONENSIS relatione inferre conantur, saeculo iam sexto DIONYSII codicem apud Gallos valuisse. Et vel ipse Illustriss. PETRVS DE MARCA hac in re adeo haesitauit, vt in *Diss. de veter. collect. canonum, cap. II.* Gallicanos Episcopos usque ad HADRIANI I. tempora plane alia, a LEONE M. post Chalcedonense concilium confecta collectione usos fuisse opinatus sit.

g) Apud GEORGISCH, in *Corp. Iur. Germ. col. 469.*

b) Ibid. in Praefat. et cap. 4. col. 480. sq. Si C milia

nec minus capitulo 1. et 2. oculos in canonem 23.  
 Concilii Antiocheni et canones 12. et 13. Syno-  
 di Laodicensae conuersos eum habuisse suspicor;  
 porro, cum circa annum 640. VULFOLEVDVS  
 Archiepiscopus Synodus sine praescitu SIGE-  
 BERTI Regis indixisset, Rex in epistola ad DE-  
 SIDERIVM Cadurensem, encyclica puto ad re-  
 liquos etiam huius Coepiscopos transmissa i), illi  
 ne compareat cum caeteris, interdicit, scribitque:  
*Licet nos statuta Canonum, et ecclesiasticas regu-  
 las, sicut parentes nostri in Dei nomen confer-  
 uarunt, ita et nos conseruare optamus, tamen  
 dum ad nostram antea notitiam non fuit perla-  
 tum; sic nobiscum nostris proceribus conuenit,  
 ut sine nostra scientia Synodale concilium in  
 regno nostro non agatur, nec ad dictas Kal.  
 Septembres, nulla coniunctio sacerdotum ex his  
 qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur,  
 non fiat; vbi sine dubio ad canones Africanos*

re-

smilia occurrunt in concil.  
 i) Parisiensi anni 615. et  
 Clippiacensi anni 628.  
 quae ambo sub eodem  
 CHLOTHARIO II. fuerunt  
 congregata. Posterior non  
 extat apud HARDVINUM,  
 et si illias in indice To-  
 mo III. collect. concil. se-  
 cundum AIMONIVM,  
*Histor. Francor. lib. V.  
 cap. 15.* mentionem fece-  
 rit; vt itaque EYSEB.

AMORT in *Jur. canon. vet.*  
*et modern.* Tom. II. Part.  
 II. Num. 43. ex Codice  
 Dieffensi primus illud edi-  
 disse videatur.

i) Apud CANISIVM,  
*Lection. antiq.* Tom. I. p.  
 649. inter variorum Epis-  
 tolas ad eundem Episco-  
 pam, et apud GEORGISCH.  
*ibid. col. 484.*

respicitur; neque minus KARLOMANNVS  
Maior domus in Capitularibus duobus annorum  
742. et 743. de quibus mox plura, in canones  
digitorum intendit k), statuitque, per annos singu-  
los synodum congregari, ut se praesente cane-  
num decreta et Ecclesiae iura restaurentur l);  
praeterea testatus est in Synodo Liptinensi, omnem  
ecclesiastici ordinis clerum, Episcopos, et Pres-  
byteros, et Diaconos, cum reliquis Clericis, an-  
tiquorum Patrum canones suscepisse m); tandem  
PIPINVS Rex in Synodo Vernensi non passim  
modo ad canones sanctorum, atque ad priscorum  
patrum regulas se refert, easque se restauraturum  
promittit n), sed etiam capitulum IX. (sive ca-  
nonem 15.) canonum Carthaginensium nomina-  
tim excitat o); negari denique non potest, quod  
circa annum 534. IOANNES II. litteris in causa  
CONTVMELIOSI ad CAESARIVM Arelaten-  
sem scriptis subiecerit canones ex DIONYSIO  
desumtos, vt iuxta eorum praescripta negotium

C 2 exami-

*k) Ap. eund. GEORGISCH. col. 487. 492. Capitulari I. cap. 3. 4. 5. et Capitulari II. cap. 3.* GEORGISCH. col. 490. et in HARTZHEIM. loc. cit. p. 50.

1.) Capitulare cit. I.  
cap. i. ibid. col. 487. et  
in HARTZHEIM. *Concil.*  
*Germ.* Tom. I. p. 49.

m) In capitulari II. apud Liptinas, cap. I. ap. eund. o) Ibidem, capitulo 18. col. 521.

examinaretur *p*), et ipse quoque CAESARIVS in causa CONTVMELIOSI ad canones Africa nos prouocauerit *q*), eiusque exemplum et alii huius aeui scriptores imitati sint *r*): sed ex his omni-

*p) HARDVIN. Collect. Concil, Tom. II. col. 1155.*

*q) Vid. Epist. CAESARI in HARDVINI Collect. Concilior. Tom. V. col. 904.*

*r) Quae scilicet hactenus  
huc concessi, non ea  
mente attuli, quasi ex  
omnibus huius aeui mo-  
numentis omnia loca in  
vnum accumulare vellem,  
in quibus antiquorum ca-  
nonum nonnunquam men-  
tio facta est; sed eo tan-  
tum consilio attingere  
haec volui, ut hisce ex-  
emplis doctus, de aliis  
omnibus iudicare valeat.  
Qui enim concilia Galliae  
per seculum sextum et  
septimum frequentius ad-  
huc agitata vel fugitiuo  
oculo perlegit, ubique in-  
ueniet loca, sed excitatis  
simillima. Quo vero ex-  
ploratior fiat sententia,  
qua animo meo infidet,*

de vsu, quem priisci Grae-  
corum conciliorum cano-  
nes olim et ante tempora  
CAROLI M. in Gallia ad  
formandam ecclesiae di-  
sciplinam habuerunt, in-  
ter legendum id obseruare  
mihi visus sum, errare il-  
lum, qui velit contendere,  
omnino illos praefecti-  
tim seculo quarto quinto  
et sexto Gallis ignotos et  
extra usum fuisse. Nam,  
vt nihil de eo dicam, quo  
capita disciplinae ecclie  
Gallicana ex illis fon-  
tibus, licet non indicatis,  
hauserit; vt concilium  
Nicaenum praetermittam:  
concilium Aurelianense,  
primum Antiochenes,  
Epaonense anni 517. An-  
cyranos canones laudauit.  
Vnde colligendum esse vi-  
detur, prioribus his sa-  
eculis Graecorum concilio-  
rum canones et Gallis ma-  
gis notos et usus haud ex-  
pertes fuisse, paulatim ve-  
ro imminentem, quin inter-  
tur.

omnibus tamen pro Codicis Dionysiani auctori-  
te inter Francos s) adeo nihil certi conficitur,

C 3

vt,

turbas bellicas ingraue-  
sciente magis magisque  
apud Clerum Gallicanum  
ignorantia, quod etiam  
PETRVS DE MARCA ob-  
seruavit, de Concord. Sac.  
et Imp. Lib. VI. Cap.  
XXIV. §. I. col. 913.  
adeo illorum memoriam  
exoleuisse, vt tandem  
octauo saeculo, quasi nun-  
quam ad Francos antea  
transiissent, de nouo re-  
cipi et promulgari debue-  
rint. Quod tanto minus  
mirandum est, quanto magis  
ex concilii Agathensis  
anni 506. can. I. et cano-  
ne I. concilii Arelaten-  
sis, in EVSEBII AMORT. Iur.  
Can. vet. et moderno,  
Tom. II. pag. 408. sq. ex  
praef. Concilii Arelaten-  
sis V. ap. HARDVIN. To-  
mo III. col. 327. et ex  
praef. concilii Vafensis II.  
ibid. Tom. II. col. 1105.  
aliisque passim patet, in  
more tunc positum fuisse,  
vt sub ingressum Synodo-  
rum antiquiores canones  
praelegerentur, et ad hanc  
annus status ecclesiae

tunc porro exigetur,  
quo factum, vt quam-  
diu frequentarentur ad-  
huc concilia, tamdiu prio-  
rum canonum memoria  
vigerit; quem vero, quod  
infra §. 9. demonstrabi-  
tur, iam circa annum 742.  
BONIFACIVS conquestus  
sit, per octoginta iam cir-  
citer annos haud villam  
Synodus fuisse celebra-  
tam, quid aliud inde eue-  
nire potuit, quam vt  
omnis priscorum canonum  
memoria neglecta ac de-  
leta fuerit? Vnde et an-  
no 743. in Synodo Lipti-  
nenfi necessarium visum  
est ad pristinos mores  
redire atque de nouo sta-  
tuere, vt per annos singu-  
los canonum decreta in Sy-  
nodo legantur, vt patet ex  
BONIFACII epistola ad  
CVDBERTVM ap. HAR-  
DVINVM, I c. col. 1925.  
et HARTZHEMIIVM, loc.  
cit. pag. 67.

s) Quod scilicet id tem-  
poris interuum attinet,  
quod ab initio saeculi sexti

ad

ut nequidem plerumque, qui canones indicentur, num prisci Galliac canones particulares, an Graeci quoque tum vniuersales, tum particulares; et, vbi semel iterumque de eo constat, vtrum collectis in vnum Codicem conciliis, an singulorum seorsim canonibus; an vna Graecorum canonum versione, an vero diuersis translationibus vsi sint, inde intelligi possit, ac solum frequentior Africanorum Conciliorum usus verosimiliter fuisse videatur t).

## §. 7.

Sed dixerit fortassis aliquis, hac ratione de eo quidem constare, quod nullo idoneo testimonio euinci queat, Ecclesiis Galliae vel et Germanie ante annum 774. DIONYSII Codicem in usu et pretio habuisse; ast etiam contrarii non adesse testimoniem,

ad annum usque 774. effluxit. Nam, in scriptis auctorum, quae post hunc annum prodierunt, praesertim quae contra GRAECOS emissae sunt, nonnunquam ad Codicem DIONYSII respici, omnino asserendum est.

t) Ex his tamen, quae §. 9. de Synodo Germanica sub KARLOMANNO

anno 742. celebrata adferuntur, coniectura subnasci potest, quae specie non destituitur, huius KARLOMANNI auctoritate in Synodo Liptinensi DIONYSII Codicem fuisse receptum. Sed spero, me infra eas allatarum rationes, quae, istam suspicioneum omni fundamento cassam et inanem esse, euincunt.

stem, itaque fieri nihilominus potuisse, vt, omnibus posthabitatis testimoniis, in manibus Gallorum versatus sit et fuerit in vsl. Igitur, quamvis alias a probationis onere liberare soleamus eos, qui tantum quae facti sunt, negant, ne tamen causam imperfectam reliquisse et quasi vadimonium deservisse videar, non in aduersum mussitabo, quia potius tentabo, num alio forte et, vt dici solet, directo argumento hoc dubium solui possit. Siquidem eis illud mihi ea, quae a S. BONIFACIO in vniuersitate, praecipue vero circa annum 742. in Germania et parte Galliae gesta sunt, et ita in hoc argumento versabor, vt, postquam ostendero, hunc Germanorum Apostolum nec primo missionis suae initio DIONYSII Codicem secum Roma attulisse, nec postmodum inde accepisse, vel in Germaniae quadam Galliae bibliotheca deprehendisse, nec denique illum a BONIFACIO circa annum 742. apud Francos introductum et ab his receptum fuisse, tunc porro colligere queam, non esse credibile, quod Codex ille triginta proximis annis, qui ab a. 742. vsque ad a. 774. deinceps effluxerunt, in Franciae gentis familiaritatem venerit et usum.

§. 8.

Evidem, qui varias GREGORII II. et III. ad S. BONIFACIUM literas, tum quoque uberioris ZACHARIAE Pontificis et BONIFA-

C 4

CII

cii commercium epistolicum u), vel leuiter per Iustrauerit, illi facile in nientein venerit suspicio, quod **BONIFACIVS DIONYSII** Codicem vel a primordiis legationis suae ad conuertendos Germanos, vel in fide Christiana confirmandos, Roma secum in Germaniam et Galliam apportauerit, vel postea deinceps, sed tamen ante a. 742, illum inde transmissum acceperit. Nam ambo, quos nominaui, Pontifices saepiuscule **BONIFACIVM** hortantur, ut canones ecclesiasticos habeat in oculis; praeſertim vero **ZACHARIAS** in prima statim epiftola circa a. 742. exarata x), Quicquid vero, inquit, aliud eos contra ecclesiasticam regulam excessisse repereris, canones sive instituta Patrum p[re] manibus habeto, et sicut in eis edocet[us] fueris, discerne; et circa finem: tua vero sancta Fraternitas si quid de cetero euenerit, ut sacri docent canones, studeat emendare in plebibus sibi a Deo commissis. — Si vero noui aliquid

u) Quod posteris conservauit OTHILO in vita S. BONIFACII apud MABILLONIVM in *Actis Sanctorum Ord. S. BENEDICTI Saeculo III. Part. II.* a pag. 49. Eandem vitam quidem CANISIVS etiam edidit, *Leit. Ant. T. III.* pag. 333. sed ibi maxima libri secundi parte truncata est, in quo tamen

epistolae ZACHARIAE et BONIFACII occurunt.

x) Siftit eam OTHILO in vita BONIFACII Lib. II, cap. 2. ap. MABILL. loc. cit. pag. 53. BARONIVS *Annal. eccl. Tom. IX.* pag. 145. sqq. HARDVIVS, *Collect. Concil. Tom. III. col. 1881.* HARTZHEIM, *Concil. Germ. T. I.* pag. 45. ut alios praetermittam.

quid inimici astutia agente acciderit, quod tua  
sancta Fraternitas minime per canonum institu-  
ta discernere posse; hoc nobis non pigeat insi-  
nuare, et q. s. Similiter, ipsum BONIFACIVM  
his adhortationibus Pontificum, ut aliis, obse-  
quium praestitisse, non dubitandum est, quin imo  
passim, omnia abs se ad normam canonum com-  
posita esse, gloriantur; eiusque rei vestigia conspi-  
ciuntur in Synodis supra adductis, quae KARO-  
LOMANNO Principe ita iubente coierunt. Quem-  
admodum vero GREGORIVS et ZACHARIAS  
Pontifices de aliis canonibus, praeterquam apud  
se receptis, id est, de aliis extra Dionysianam col-  
lectionem, sensisse, vix cuiquam probabile vide-  
bitur, ita et BONIFACIVM alios intellexisse ca-  
nones, quis crederet facile? Non itaque sine spe-  
cie his consequenter dixeris, hunc DIONYSII  
Codicem, si non maturius, at saltim inde a BONI-  
FACII Apostolatu apud Germaniae Galliae-  
que ecclesias in usum venire debuisse. Enimvero,  
quamvis huic argumentandi rationi vim aliquam  
inesse, temere negare nolim, id tamen de quo  
principue hic queritur, sic transigi non puto.  
Ut enim taceam, vtrumque Pontificem, et ipsum  
BONIFACIVM, commode de canonibus singu-  
lorum conciliorum, quos hic vel sola memoria  
inflos tenebat, nos interpretari posse, vel etiam  
de domesticis ecclesiae Gallicae Germanicaeque  
statutis synodalibus; ita simillimum est vero,  
S. BONIFACIVM nequidem a. 742. tam cetera

C 5

ne.

necessaria missione suae suppellectili, quam **Codex DIONYSII** censemur fuisse, adhuc fuisse instructum. Nam hactenus **BONIFACIUS** magis de fide propaganda, quam de ecclesiae politia adornanda, sollicitus, et res ei cum Clericis tum minoribus, tum a solo fere nutu suo pendentibus fuerat, ad quorum obstinationem frangendam non adeo necessaria videbatur priscorum canonum authoritas. Cum vero inde ab a. 741. de conciliis habendis cogitandum, ibique res cum Episcopis aliisque agendae essent, quos sola auctoritate sua **BONIFACIUS** terrori posse diffidebat, iam demum conciliorum canonibus videbatur opus esse, sub quorum clypeo porro militaret. Ita ergo factum est, ut priscos quidem canones Roma arcessuerit, sed singulos tantum, non vero integrum **DIONYSII** codicem inde acceperit.

## §. 9.

Quod, ut eo plenius intelligatur, sequentia perpendi opto.

i. Auctor vitae **S. BONIFACII**, quae sub **WILLIBALDI** y) nomine circumferuntur,

y) Hunc vero primum illum Eichstettensem Episcopum, **BONIFACIO** coaeuum, non fuisse, argumento haud improbabili ostendit **BASNAGIUS** apud CANISIVM loco statim allegando pag. 228. Fateatur tamen, satis antiquum esse. De eius probitate non

tur, 2) vbi Synodalia S. BONIFACII gesta recenset, haec inter alia refert: *Conuenientibus in unum Episcopis et Presbyteris, Diaconibus atque Clericis, omnique gradu ecclesiastico, quos inclytæ recordationis KARLOMANNVS Dux sub regni sui imperio accersere fecit, QVINTVM SYNODE ALLE FACTVM EST CONCILIVM: in quo BONIFACIVS Archiepiscopus Moguntinae ciuitatis a) — — pontificatu praesidens, — — QVATVOR PRIMITVS PRINCIPALIVM SYNODORVM NUMEROSEA CANONVM CONSTI TVTA — ob salutare doctrinae coelestis aug mentum ADMONIT CONSERVARI.* Idem, postquam in sequentibus ostenderat, sub istis qua tuor

non finit dubitare hoc ipsum scriptum eius.

2) Apud MABILLO NIVM, Ad. SS. Ord. S. Bened. Saec. III. Part. II. p. s. fqq. et CANISIVM, Lect. antiqu. T. II. p. 232. fqq. Ed. BASNAGII, cap. IO.

a) Eo quidem tempore, quo illa Synodus habebatur, BONIFACIVS nondum fuit Archiepiscopus Moguntinae ciuitatis, nam sedes haec nondum ei destinata erat, sed tamen a KARLOMANNO in hac ipsa Synodo Archi episcopus, licet adhuc si ne certa sede, designatus est, vt patet ex canone primo. Neque vt Archiepiscopus, sed tanquam Legatus Pontificis Synodo praefidebat. Haud vero difficulter obseruabitur, WILLIBALDV M denominationem Archiepiscopi Moguntinae ciuitatis pertinere a tempore, quo ipse BONIFACII vitam scriebat, non vero ab illo, quo Synodus habebatur. Et ita soluitur difficultas, quam virget BASNAGIVS ap. CANISIVM loc. cit. pag. 244.

tuor *principalibus Synodis*, Nicaenum I., Constantinopolitanum I., Ephesinum et Chalcedonense abs se intelligi, addit porro: *ita equidem apud Franciam omni funditus eradicata hæc tectorum perfidia et extirpata iniquorum coniuratione, legis diuinae augebantur incrementa, ET SYNODEALES GENERALIVM CONCILIORVM CANONES RECEPIEBANTVR b).*

## 2. M.A.

*b)* Neminem illud recipiebantur offendet, qui cogitat, quam incredibilis ignorantia hoc seculo Gallias Germaniamque Christianam oppresserat. Nam quamuis satis certum sit, iam olim ad minimum Concilium Nicaenum, Constantinopolitanum, imo et Ephesinum a Gallis fuisse receptum, sequentis tamen aeu iuscitia adeo omnem eorum memoriam deleuisse poterat, vt nouo receptu opus omnino esse videtur. Nec multis argumentis opus est ad comprobandum, non ultra, quam fas est, istorum seculorum ignauiam exagerari. Si enim adhuc CAROLI M. aeuo, vbi literae vires aliquantum re-

ceperant, multi ex populo fuerunt, qui neque *Pater noster*, neque *Symbolum Apostolicum*, memoria tenabant, adeo vt praecipitis imperialibus Episcopis, Episcoporum Presbyteri, eo adigi debuerint, vt illa plebem docerent, vt patet ex Epistola CAROLI M. ad GARIBALDVUM Leodiensem Episcopum, et GARIBALDI literis encyclicis ad Presbyteros suae dioecesios, ap. MARTENE, in *Vet. Monum. Collect.* T. VII. col. 19. sqq. si ipsi Episcopi et Presbyteri admونnendi videbantur, vt orationem dominicam intelligere disserent, vt constat ex CAROLI M. Capitulari I. incerti anni ap. GEORGISCH, l. c. cap. 29. col.

2. MABILLONIVS in nota c. ad h. l. WILLIBALDV M de concilio Sueffionensi anni 744. hic agere creditit c); BASNAGIVS econtrario digitum ad Liptinense intendit d). Sed verius est, non aliam nisi Germanicam Synodum anno 742. celebratam hic indicari e). Vtrique quidem numerus

col. 787: perfacile intellegere possumus, quae fuerit ignorantia proximorum retro temporum.

c) Quae vero opinio eo refellitur, quod illud concilium non sub KAROLOMANNO, sed sub fratre eius PIPPINO, congregatum fuit. Nec huic concilio praefuit BONIFACIVS, qui eo tempore neque Legatus per Galliam constitutus fuit, nequid in Neustria venerat; vt BASNAGIVS obseruat, loc. cit. pag. 244. et *Histoire de l'Eglise*, Tom. I. L. VII. chap. XI. §. 4. p. m. 403.

d) Quia hanc Synodum KAROLOMANNVS conuocauit, et quod WILLIBALDV refert, de quotidianis bellorum suspicionibus et infesta barbararum

gentium suspicione conuenit cum canone secundo concilii Liptinensis.

e) Tota nimurum narrationis series ostendit, WILLIBALDV hanc, de quo loquitur, Synodum vel primam Francorum nationalem et principalem spectasse. Ast neque concilium Sueffionense anni 744., neque Liptinense anni 743., pro prima nationis Franciae principali Synodo haberi potest, quod potius conuenit Syndico Germanicae anni 742. Quod tamen huius concilii acta tum in canone primo concilii Liptinensis, tum in concilio Sueffionensis canone primo, deinde confirmata, quin plura, quae in concilio Germanico anni 742. inchoata, in illis in exitum perducta fuere, non adeo

mi.

merus quinarius Concilii, vel quaternarius f  
scrupulum mouit g), propterea quod ita tria ve  
qua-

mirum est, quod alterum  
cum altero saepissime con  
fundatur.

f) Apud CANISIVM  
pro: quintum synodale fa  
ctum est concilium, legi  
tur: quater synodale fa  
ctum est concilium. Alios  
codices pro quater habere  
quatenus, BASNAGIVS no  
tat. Ipse, vt difficulta  
tes soluat, leui mutatione  
vult legi: ter synodale fa  
ctum est concilium. Sic  
vero, vt opinor, non tol  
luntur difficultates, sed  
augentur. Sequentia enim  
WILLIBALDI verba: in  
quo — admonuit, ostend  
unt, eum non trium qua  
tuorue conciliorum acta  
hic exponere, sed unius.  
Praeferendum est igitur  
MABILLONII illud quint  
um, vt statim confirmabo  
pluribus.

g) Imo et HARTZHE  
MIO, eique simul infeliciissi  
mas conjecturas suggestit,  
quas Concil. Germ. Tom. I.  
p. 58. in nota concilio Suec

sionensi subiecta prop  
osit. Ait enim: At am  
WILLIBALDV, Biogra  
phus S. BONIFACII con  
uus vocat quintum syn  
odale Concilium sub Car  
olomanno Duce, in qu  
S. BONIFACIVS praefedi  
rit, et quatuor primis  
principalium Synodorum  
constituta admonuerit ob  
seruari — . Inde consi  
quens est, vt dicamus, id  
eam Synodus (sc. Suecio  
nensem) habitam in A  
frasia sub CAROLMAN  
NO, quae sub PIPINO in  
Neustria habita fuit: ut  
vtriusque Ducis iussu Sue  
ssione conuenisse tam Neu  
striae, quam Austrasia  
Episcopos, sub Praefatu  
BONIFACIO — : vel Epi  
scopos Austrasiae accepta  
se ea, quae Suessione con  
stituta erant sub PIPINO;  
atque uno ex his tribu  
modis verificari quintum  
synodale Concilium, in qu  
de quatuor primis genera  
libus Conciliis actum fu  
rit teste Willibaldo. Sed  
hoc refellere, quid opu  
est?

quatuor alia sub CAROLOMANNO *habita* praeceſſe debuerint, tametsi nulla ſupersit memoria, niſi duorum vel ad ſumnum triūm b). Hic vero ſcrupulus facile eximitur, dummodo animaduertas, WILLIBALDV M non reſpexiſſe ad quatuor concilia sub CAROLOMANNO celebra- ta, ſed ad Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum et Chalcedonense, quae principalia vocat, eisque illam, cuius geſta refert, synodum ceu quintam, *homogeneam* adiungit i). Nihil igitur

eft? Senſiſſe enim conie-  
eturarum vanitatem ipſe  
earum auctor videtur, in  
*Digreſſione ad ſaeculum*  
*oſtium* §. 4. loc. citato  
pag. 345. etiā vel hic quo-  
que pleraque parum accu-  
rate dicta fint.

b) Si cum MABILLO-  
NIO dicas, WILLIBAL-  
DV de concilio Sueſſio-  
nenſi intelligendum eſſe,  
praeceſſerunt tria, nempe  
primum Germanicum ad  
Danubium, de cuius in-  
diſtione extant literæ  
GREGORII III, ad BONI-  
FACIVM apud OTHILO-  
NEM lib. I. cap. 30., al-  
terum anni 742. ſub ZA-  
CHARIAE Pontificatu, ter-  
tium Liptinense. Si cum

BASNAGIO ſentis, duo  
priora tantum praeceſſe-  
runt. MABILLONIVS diſ-  
ſicultatem eo diſſoluji poſſe  
existimat, ut coniiciat,  
vnius concilii Germanici  
memoriam plane periſſe.  
Quid fenſerit BASNA-  
GIVS, nota praecedente  
f) dixi. Vterque praeter  
neceſſitatē angitur, quod  
WILLIBALDV ſuppo-  
nunt duo vel tria concilia  
connumerare, quae  
sub Carolomanno celebrata  
fuerint, de quo tamen  
apud WILLIBALDV nec  
vola nec veſtigium ec-  
currit.

i) Qua vero id ratione  
fieri potuerit, ut WILLI-  
BALDV Germanicam hanc,  
de

igitur impedit, quo minus WILLIBALDVM de  
Synodo Germanica a. 742. celebrata egiſe con-  
ten-

qua loquimur, Synodum  
quatuor oecumenicis ceu  
quintam connumerauerit  
illisque ceu aequae principalem aequiparauerit, quan-  
dantenus nonnemini mirum videbitur. Et licet  
facile auguremur, eodem  
ſensu, quo haec Synodus  
Germanica anni 742 deinde  
et Sueſſionensis anni  
744. in inscriptione, qua-  
lem et libri manu exarati  
et impressi ſunt, plena  
Synodus vocatur, eam a  
WILLIBALDO dictam eſſe principalem, tamen hoc  
ipſum adhuc luce eget,  
quaes Synodi antiquitus  
dictae ſint plenae Synodi.  
Hoc igitur ut penitus in-  
telligatur, animaduerten-  
dum eſt, Io. LAVNOIVM  
in *Difſ. de vera notione*  
*plenarii concilii, cap. I.*  
iam ostendiffe, quod  
omnia olim concilia, in  
quibus non vnius, ſed  
plurium prouinciarum ec-  
clieſiaſticarum Clerus  
coiērat, plenaria dicta  
fuerint, nonnunquam et-

iam *vniversalia*, quod  
idem LAVNOIVS vario-  
rum conciliorum Africæ  
et primi etiam Arelatensis  
comprobat exemplo. Ne-  
que ea res omnino legitima  
cauſa deſtituebat, cum ea  
plerumque in iſtis conci-  
liis traectabantur, quae non  
ad vnam tantum vel alte-  
ram prouinciam, ſed vel  
ad vniuersam catholicam  
eccleſiam deſtinabantur,  
vel ad plures ſaltim pro-  
uincias, ſpectabant, eo-  
que fine definiebantur, ut  
definitiones qua fieri po-  
terat latiſſime per ecclieſiam  
ſpargerentur, ut con-  
ſtat exemplo constitutio-  
nis Arelatensis I. concilii  
de haereticis non rebapti-  
zandis. Hinc apud recen-  
tores Canonistas natum  
eſt nomen *Quasi-Vniver-  
ſalium conciliorum*, que  
nomine obſeruantे Dov-  
jatio, Praenot. Canon.  
Lib. II. cap. VIII. §. I.  
ea indicantur, quae tum  
indicentium praefiden-  
tiumue auctoritate, tum

con-

tendainus, quam *quintam* nominat, quia de quinto et sexto aduersus Monotheletas concilio nihil ipsi

*conuenientium Antifitum numero, tum fama ipsa et usu ita spectabilia sunt, ut oecumenicis videantur propemodum exaequanda, atque a nonnullis inter vniuersalia numerentur.* Quae cum ita se habeant, profecto mirandum est, plerosque Auctores adeo contentim hoc anni 742. concilium habuisse, ut vix in transitu et inter res minimas illius mentionem fecerint; cum tamen certus sim, ea, quae in illo acta sunt, quaeque ex his porro deinde euenerent, si diligenter exponerentur, in multa nec levia historiae tum ecclesiasticae, tum ciuilis, capita egregiam vsquequaque lucem esse sparsura. Rectius omnino sensit WILLIBALDVS, cum hance Synodus in *principalibus*, id est, in plenis, s. plenariis s. *Quasi-Vniuersalibus* habuit; nam omnes illarum characteres in hanc con-

ueniunt. Etenim, si indicentium et praesidentium auctoritatem species, index Synodus anni 742. CAROLOMANNVS, Maior Domus Austriae, praesedit Legatus Pontificis BONIFACIUS, cuius ea tempestate non erat ambigua auctoritas. Si conuenientium Episcoporum numerum respicis, conuenerant omnes ferme Episcopi, qui tum in Germania aderant. Accedebant tamen et aliae adhuc celebritatis causae. Qui etenim plerisque Metropolitanis Archiepiscopalem auctoritatem, relictio modo episcopalii, abrogauerat, et bonis ecclesiasticis per longum tempus grauiter incubuerat eamque ob rem vniuerso Clero admodum inuisus erat, CAROLVS cognomento MARTEL-LVS, BONIFACIO, dum viueret ob pietatem laudatus, post vero obitum in epistola ad ETHELBAL-

DVM

D

ipsi innotuerat, primum econtra Germanicum ad Danubium celebratum, tanquam Bauariae *particulare*, in censum *principalium* non redigebat.

## 3. Por-

DVM Merciorum Regem, multorum monasteriorum euersor, et ecclesiasticarum pecuniarum in ius proprios commutator, dictus, vt notauit BARONIVS An-nal. Tom. IX. pag. 141. quemque ideo EVCHE-RIVS ad alterum seculum, vt pia fert fabula, raptus, in inferiori inferno tor-queri vidit, is, inquam, CAROLVS vndecimo Kal. Nouembris anni 741. vita excesserat; neque inficiandum est ecclesiam sub eo varie si opes specetes fuisse adfletam. Illius autem successores et filii, CARLOMANNVS et PIPI-NVS, querelis spoponde-rant medelam. Sub nouo igitur regno spes nouae Clericorum, et optima queuis a nouis Principi-bus illi praestolabantur; quod etiam exitus quodammodo confirmavit, quandoquidem facto a. 742. initio certatim mox Synodi se excepérunt, vt Liptinensis 743. et Sueffio-

nensis a. 744. quarum omnium finis erat emenda-re, quod in vniuersum o-mnis Germaniae Galliae que ecclesia ex praecedentibus regnis vitii attraxo-rat, eamque ob rem tum in-ter utrumque PrincipeM, CARLOMANNVM et PIPI-NVM, tum vtriusque Episcopos, arctissimum eo tempore commercium in-tercedebat; quo etiam fa-cetum est, vt ea, quae in Ger-manica Synodo a. 742. et, quae deinde in eius supple-mentum habebatur, Lipti-nensi, constituta erant, Sueffionensis mox Syno-dus ad Neustriae ecclesiam produceret. Tantarum ergo rerum cum initium fieret in Synodo Ger-monica anni 742., cum Cle-rici ita coptam viderent esse collapsoe disciplinae reformationem, et Archi-episcopatum in BONIFACIO restaurationem, cum porro statim in eius ca-none primo CARLOMAN-NVS Clero promitteret;

frau-

3. Porro notandum est, relationem WILLIBALDI confirmari per canonem primum Liptinensem, vt pote qui testatur, in hac Synodo Clerum omnem suscepisse antiquorum Patrum canones, quod quoindodo intelligendum sit, tantum vberius WILLIBALDV S exposuit k).

D 2

4. Bo-

*fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesis restituimus, aliaque adhuc bona verba adiiceret, quae spes amplissimas in futurum etiam confirmabant, ut que haud adeo mirum est, quod illa Synodus adeo super alias extolleretur, vt inter praecipuas videretur numeranda. Accedebat, quod Synodus illa noua fere res erat, per octoginta circiter annos tunc inter Francos inaudita, vt vel eam solam ob causam non plane immerito aliis solennior haberi debuisset. Haec omnia si aequa lance expendimus, et cogitamus, hac Synodo omnes Franciae ecclesias commoueri et Clericos quasi animam recipere coepisse, eaque propter illam antiquitus adeo memorabilem visam fuisse, vt LAMBERTVS adhuc SCHAFNABVR-*

*GENSIS ap. PISTORIVM,  
Script. rer. Germ. Tom. I.  
p. 310. singulari prae aliis  
multis Synodi magnae eam  
encomio ornare se debuisse  
existimauerit, ad annum 742. notans: SANCTVS BONIFACIVS cum  
CARLOMANNO magnam  
Synodum habuit, non amplius obscurum erit, quo sensu WILLIBALDV nomine principalis Synodi usus fit, simul autem apparet, illum non adeo vituperandum esse, quod, Synodum anni 742. quasi Franciae nationalem quadrantenus quatuor oecumenicis aequiparandam esse, iudicauerit.*

*k) Sed BASNAGIVS,  
dum supponit, WILLIBALDI relationem de Synodo Liptinensi intelligendam esse, eius fidem sollicitat, monetque, de con-*

## 4. BONIFACIUS in epistola ad ZACHARIAM circa finem anni 741. vel initium sequentis

concilis Nicaeno, Constantinopolitano, Ephesino et Chalcedonensi nihil in concilio Liptinensi legi. Idemque dubium meae sententiae, qui Liptinensi concilio Synodum Germanicam anni 742. substituo, obmoueri potest. His vero occurritur eo, quod 1) ipse BASNAGIUS suspicatur, commentarium WILLIBALDI ad illa verba canonis primi Synodi Germanicae aptandum esse, vbi CAROLOMANNVS ideo concilia frequentari statuit, *ut nobis praesentibus canonum decretis et ecclesiae iura restaurentur*; 2) mirandum omnino est, BASNAGIVM canonis primi Liptinenis verba: *suscipientes antiquorum Patrum canones, praeteruidisse*; 3) cogitandum est, in Synodo Liptinensi ea, quae in Synodo Germanica anni 742. acta erant, confirmata, ea vero, quae in priori coepita erant, in Liptinensi proprius ad finem perducta

fuisse. Vnde, si omnia rite ponderamus, facilis coniectura eo deducimur, hanc receptionem antiquorum canonum non demum nouiter in concilio Liptinensi contigisse, sed potius ex actis prioris Synodi Germanicae fuisse repetitam; 4) et licet neque in Synodo Germanica anni 742., neque in Liptinensi, conciliorum quatuor vinuerat alium nominatum intentio facta sit, cogitandum tamen est, paucissima ex actis horum conciliorum, et praeter canones nihil ex regestis illorum ad nostratempora peruenisse, WILLIBALDVM vero, quisquis demum fuerit, hisce temporibus tamen proximum fuisse, ideoque tam ex relationibus aliorum, quam ex scriptis, quae tunc adhuc extabant, documentis multa difere posse, quae nosmet hodie latentes. Vnde colligendum est deinde, WILLIBALDVM nihil aliud egisse, praeterquam

tis exarata *l*), Synodum proxime futuram praeparauit, et scripsit inter alia: *Franci enim, ut seniores dicunt plusquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, — nec Ecclesiae canonica iura alicubi fundabant vel renouabant m.*) Ex quo patescit, hanc Synodum, quam BONIFACIUS Pontifici ceu proxime instantem an-

D 3 nun-

quam quod in relatione sua distinctius exposuerit ea, quae breuius et obscurius in Synodo Germanica *2. 742.* et Liptineni dicta erant; nec fidem eius ideo dubiam fieri, quod in concilio Liptineni conciliorum Nicaeni, Constantiopolitani, Ephesini et Chalcedonensis expressa mentio non facta sit, cum potius sufficiat, illorum generatim mentionem factam fuisse, dum CAROLOMANNVS iussit decreta canonum restaurari, et suscipi antiquorum Patrum canones. Certe, cum BAS-NAGIVS alibi, nempe in *Histoire de l'Eglise*, Tom. I. Lib. VII. cap. XI. p. m. 403. fateatur: *WILIBALDE — qui doit être cru preferablement à tous les autres etc. non video, cur hic ei fidem negare debeamus.*

*l)* Sistit eam OTHILO Libro II. cap. I. ap. MABILLONIVM, l. c. pag. 49. HARDVINVS, *Collect. Concil. Tom. III. col. 1877.* et tempus, quo scripta, ex eo colligi potest, quod BONIFACIUS cum scriberet literas de obitu GREGORII III. iam certior factus erat, ast ille quarto Kal. Decembbris vita exceperat, et ZACHARIAS primo Aprilis anni sequentis 742. responsorias redditum. Vid. BARONIVS, *Annal. Tom. IX. ad a. 741. 742. pag. 142. 145.* HARTZHEIM, *Concil. Germ. Tom. I. p. 42.*

*m)* Deficientibus nimis Synodis exoleuerant etiam prisci mores in Episcoporum conuentu antiquos canones praelegendi, et vitia, quae in discipulis-

nunciabat, non aliam fuisse, nisi Germanicam anni 742., vtpote primam Austriae nationalem post tantum interiuallum. Quod et testimonium OTHILONIS <sup>n)</sup> confirmat, dicentis, has BONIFACII literas ante Synodum suprascriptam fuisse directas; *suprascripta* est autem Germanica anni 742. Sic igitur constat, Synodum, de qua BONIFACIUS in hac epistola egit, et illam, cuius gesta WILLIBALDVS, seu primae nationalis sub CAROLOMANNO Principe, recenset, vnam et eandem esse.

¶. BONIFACIUS in hac epistola pergit:  
*Nam si per verbum vestrum hoc negotium Du-*  
*rogante supradicto (CAROLOMANNO) am-*  
*uere et corrigere debeo, praeceptum et iudicium*  
*apostolicae Sedis CVM CANONICIS (lege: ca-*  
*nonibus, vt MABILLONIVS notat,) ECCLESIA-*  
*STICIS FRAESTO HABERE CVPIO o).* DE-

NE-

plinam ecclesiae irrepse-  
 rant ad eorum normam  
 emendandi, de quibus su-  
 pra dictum est.

nulla Synodus subscripta,  
 sed *suprascripta* est Ger-  
 manica anni 742. nimirus  
 Libro I. cap. 34.

<sup>n)</sup> Scilicet in Prologo libri II. Recte etenim in margine monuit MABILLONIVS, pro *subscripta*, quod textus habet, legen-  
 dum esse *suprascriptam*; nam apud OTHILONEM

<sup>o)</sup> Nempe, cum iam in eo esset BONIFACIUS, vi-  
 restaurare ecclesiae dis-  
 ciplinam, et prauos, quibus Clerus per longum iam  
 tempus adsueuerat, mo-  
 res corrigere vellet, me-  
 tuen-

NEHARDVM scilicet Presbyterum BONIFACIVS cum literis ad ZACHARIAM miserat, qui praceptum, vt ait, Pontificis efflagitaret, proptera quod illud BONIFACIVS in proxima Synodo praesto habere cupiebat. At non hoc solum, sed etiam *canones ecclesiasticos* praesto habere cupiebat. Itaque, vt illud, ita hos quoque, a benignitate Pontificis demum praestolabatur. Ergo, tunc saltim temporis BONIFACIVS DIONYSII Codicem nondum praesto habere potuit; quippe exsatiato iam desiderio non potuisset superesse illius cupidus; nec, Codicem se istum in Bibliothecis Episcoporum Austriae deprehensurum, spem alere poterat, alias enim non necessarium iudicasset, tam longo itinere canones accessere p).

D 4

6. Sic

tuendum omnino erat, ne coërcendis efferatis animis authoritas Legati Pontificis parum sufficeret, etiamsi CAROLOMANNVS faueret. His igitur, qui corrigi nolebant, terriculamenta canonum obmouenda erant; quibus BONIFACIVS hactenus adhuc carere potuerat.

p) In alia omnia discedunt ECKHARDVS, *de rebus Franciae orientalis*, Lib. XXI, §. 13. p. 342.

et P. R. HARTZHEMIUS, *cit. loc. pag. 348.* quorum ille, a GREGORIO II. anno 723. BONIFACIO in Germaniam redeunti iam integrum DIONYSII Codicem fuisse traditum, censuit: hic vero: *an tam plenus, quam ille, ab HADRIANO oblatus CAROLO Magno codex, pro certo, ait, affirmari non potest.* Ad hanc sententiam amplectendam permouit eos locus in OTHILONIS *Vita S. Bonifacii* Lib. I. cap.

6. Sic vero rationes subducendas, sic BONIFACII litteras explicandas esse, postulat eaurum consensus cum canone primo concilii Liptinen-

sis

cap. 15. ap. MABILLONIVM l. c. pag. 34: Nam (post praefitum scil. a BONIFACIO fidelitatis iuramentum) libellum, in quo sacratissima ecclesiasticae institutionis iura pontificalibus digesta conuentibus babebantur, ei donavit, praecipiens ut tam Clerus, quam ceteri populi suo regimini subiiciendi institutis talibus erudirentur. Cui similis relatio occurrit apud WILLIBALDV loc. cit. cap. 7. §. 21. Sed hic non agi de libro canonum, sed potius ad fidem et officia diuina et ritus pertinente, inde augurari licet, quod destinatus fuerit, non tantum ad Clerum, sed et ad populum erudiendum; unde MABILLONIVS hunc locum de GREGORII epistola Clero et plebi dilectionis filiis inscripta l. c. Pag. 35. interpretatur. Si tamen in tenebris coniecturæ locus dandus est, ego vel de Ordine Romano aut alio rituali quo-

dam haec interpretanda esse censerem, nam rituum hoc aeuo potiorem, quam fidei, curam fuisse, constat; vel, si cui hoc magis arrideat, de GREGORII M. libro pastorali sermonem esse contendere; qui runc plerisque Cleri instructioni interiebat. Vid. Praefat. Concilii Moguntini a. 813. Concil. Aquisgranese a. 836. cap. I. can. I. 7. 9. IO. II. 12. etc. Quam interpretationem si sequimur, consentiet OTHILIO et WILLIBALDV cum BONIFACIO, quos vix reconciliabimus, si ECHARDI et HARTZHEMI opinione amplectimur. Caeterum S. R. SEMLERVS Hist. eccles. sel. cap. Tom. II. pag. 30. verba OTHILONIS ita excitat: ecclesiasticae constitutio- nis iura e pontificalibus congesta etc. quam lectio- nem vnde habeat ignoro. Nam nec MABILLONIVS, nec CANISIVS, ita le- gunt.

sis q) et relatione WILLIBALDI. Nam, vbi in illo Patres concilii antiquorum Patrum canones dicuntur suscepisse, vbi WILLIBALDVS refert, hac Synodo anni 742. apud Franciam et synodales generalium conciliorum canones fuisse receptos, nimirum Nicaenos, Constantinopolitanos, Ephesinos et Chalcedonenses, neuno non intelligit, hoc nouo receptu neque Nicaenos, neque Constantinopolitanos et Chalcedonenses egeri potuisse, si verum esset, iam ante hanc Synodus Dionysiani Codicis auctoritate apud Francorum gentem innaluisse.

7. Tandem, nec in hac ipsa anni 742. Synodo, nec etiam in Liptinensi, quae illius acta et confirmauit et longius prosecuta est, DIONYSII receptum fuisse corpus, sequentia argumenta ostendunt. Nam primo nullibi ne mentio quidem alicuius Codicis occurrit; deinde, cum Ephesinum concilium nequidem in Codice DIONYSII contineatur, cum eo recipi non potuit, et potius seorsim receptum esse debet; tum canones conciliorum Nicaeni, Constantinopolitani et Chalcedonensis aliò, quam Ephesini, modo fuisse receptos non vtique appetat, quamobrem cre-

D 5 den.

q) Imo et cum canonе idemque in suam partem primo Suectionensi; in hac regni proferre tentauit, enim Synodo PIPINVS in quo CAROLOMANNVS cum Clero Neustriae exemplum fratri sui per omnia fere imitatus est, cum Austriae Clero praeuerat.

dendum est, eos similiter disiunctim fuisse receptos; et denique, si integer **DIONYSI** Codex in illa Synodo receptus fuisset, qui fieri potuisse ut **WILLIBALDVS** quatuor tantummodo generalium conciliorum, nec etiam reliquorum et canonum Apostolorum, nominatim mentionem fecerit, cum tamen eiusmodi silentii probabilitate quaedam causa nullibi appareat r)? Quae cum ita

r) Si allocutio de Sabatbo, quae extat in **HARTZHEMI** Concil. Germ. Tam. I. pag. 53. vel ad Liptinensem Synodum, vel ad proxime praecedentem, referri posset, ut **HARTZHEMI** opinatus est, tunc, fateor, esset aliquid, quod huic argumento ad speciem opponi posset. Excitatur enim in illa canon. 29. concilii Laodicensis de Christianis sabbatizantibus. Verum, ne quidem levissima ratio ab illo adferri potuit, cur ista vestustatis lacinia concilio Liptineni adsui debeat; nec quicquam in huius Synodi canonibus occurrit, de Christianis Sabbato octantibus, vnde coniecturare valeamus, hanc forte allocutionem in executionem decretorum Synodi scriptam fuisse. Cum igitur de huius allocutionis aetate prorsus non constet, iure meritoque negligenda est. Neque meliori jure obiectaqueunt **Statuta S. BONIFACII**, quae leguntur apud eundem **HARTZHEMI**, loc. cit. pag. 73. quippe in quibus nonnulla tum ex Galliae Germaniaeque conciliis, tum ex canonibus Apostolorum et conciliis Antiocheno et Laodiceno sunt deponit. Nam dudum ab aliis obseruatum est, illa incertum solum temporis, sed etiam nominis esse. Vid. S. R. SEMLERI, *Hist. eccl. sel. cap. Tom. II. pag. 146.* Et facile demon-

ita sint, in ea, quae hactenus animo insedit, sententia adhuc subsistendum esse reor, nimisrum ad huius usque Synodi tempora Dionysianum Codicem tum in Germania, tum in Gallia, nihil quicquam valuisse, quin hisce nationibus ne quidem notum fuisse s). Eundem vero deinceps proximo

monstrari posset, otioso cuidam monacho hancce deberi rhapsodiam, si tanti videretur. Sed sufficit, quod iam DVPINIVS in noua Bibliotheca Auth. Ecclesiast. Tom. VI. pag. 94. hunc partum suppositum esse, ostenderit ex eo, quod canone undecimo statuatur, Abbatess et Abbatissas ab Episcopo corrigi debere, quem si non audierint, rem Imperatori indicandam esse; cum tamen BONIFACII aetate in Francia nullus Imperator adfuerit. Id quidem argumentum HARTZHEMIVS ita enertere studuit: Respondent alii critici, PIPINVM, cum esset Dux Francorum, iam tum Regem, quin et IMPERATOREM vocatum fuisse; atque in eo illi quodammodo suffragari videtur charta, quam ex antiquo

codice edidit SCHANNAT, Tradit, Fuldens. Num. 6. pag. 4. et MABILLONII de CAROLO M. obseruatio de re diplom. Lib. II. cap. 26. Verum, neminem scio, qui vnquam vi-  
cerit, in quodam autogra-  
pho PIPINVM, praelertim adhuc Ducem, nomine Imperatoris vocatum fuis-  
se, et quod SCHANNAT in antiquo diplomatico  
vidit, recentem manum prodit. Ipse potius loc.  
cit. *in usitatum* dicit mo-  
rem, quo PIPINVS Imper-  
ator dicitur. Sed in re  
diplomatica, quae contra  
morem flunt, nec tempo-  
rump vel personarum ra-  
tionibus conueniunt, su-  
specta haberi, vix quen-  
quam fugerit.

s) Id ipsum etiam col-  
ligitur ex epistola circa  
annum 747. scripta a ZA-  
CHA-

mo abhinc triginta annorum intervallo inter Fran-  
cos auctoritatem obtinuisse, id, fateor, ex seculi  
illius monumentis me discere nondum posuisse.  
Concludendum est igitur, non actum egisse HA-

DRIA.

CHARIA Papa ad PIPI-  
NUM et Galliae Episcopos  
et Proceres, ap. HARTZ-  
HEMIVM, loc. cit. pag. 76.  
seqq. In hac enim epistola  
ad capitula per ARDO-  
BANIVM transmissa Pon-  
tifex ita respondet, ut ex  
canonibus Apostolorum,  
et conciliis Ancyrano,  
Neocaesariensi, Antio-  
cheno, Chalcedonensi,  
Carthaginensi et Africa-  
no, integros canones ex  
DIONYSIO, et ex Decre-  
talibus SIRICII, INNO-  
CENTII, LEONIS et GE-  
LASII integra capita, ad-  
ducat. Id vero oppido  
non necessarium fuisset,  
sed contra potius allega-  
tio nuda suffecisset, si eo  
tempore integer DIONY-  
SII Codex in Gallia rece-  
ptus fuisset. Hinc recte  
iudicat FLEURY, *Histoire eccl.* Tom. IX. pag.  
322: *c'e qui semble mon-  
trer que ces canons étoient  
alors peu connus deça les  
alpes.*

f) Ex responsoriis ZA-  
CHARIAE ad BONIFA-  
CIVM literis, quae apud  
OTHILONEM leguntur Lib-  
ro II. cap. 2. non intel-  
ligitur, quos canones ille  
huic transmiserit. Cre-  
dendum igitur est, illos  
non alias fuisse, nisi eos,  
quos WILLIBALDV in  
Synodo Germanica a. 742.  
receptos fuisse refen-  
Caeterum, si Codex Dio-  
nyssianus iam seculo sexto,  
septimo vel et maxima  
octaua parte in Gallia va-  
luisse, vix verosimile est,  
eum in vicinis Hispanie  
et Britanniae regnis man-  
fuisse incognitum, cum con-  
stet, eo tempore Britan-  
nis cum Galliae ecclesia  
multum commercii inter-  
cessisse, ex Tarragonensi  
etiam concilio anni 516.  
can. II. apud HARDVI-  
NVM, Tom. II. col. 1042.  
constet, ecclesiis Hispaniae  
non neglexisse Gal-  
licanorum canonum ob-  
ser-

DRIANVM, si priscum DIONYSII codicem CAROLO M. donauit, et ita ad Francicas ecclesiias ei viam parare laborauit.

S. 10.

His, quae, dum faciem eorum temporum depingunt, quae non adeo longa annorum intercedente Hadrianeum donum praecesserunt, vel oblique saltim ad finem propositum ducunt, ita praemissis, redeundum iam esset in rectam viam, nisi utilitatis suaderet ratio, et *loco et tempori*, quo HADRIANVS codicem CAROLO M. donauit, paulisper immorari; nam de utroque adhuc erudit certant. Quidam enim, inter quos etiam B A S N A G I V S nomen profiteri non dignatus est u), donationem non Romae contigisse contendunt, sed, Regi absenti et ab urbe iam reduci librum transmissum fuisse, censent, eam potissimum ob causam, quod alias per *epistolam*, ut factum est, donum nequiverit transmitti; alii econtra in ipsa urbe

seruationem, et facile intelligamus, eadem ratione Dionysiani Codicis notitiam ad Hispanos transire potuisse, qua Galliae quarundam Synodorum et fama miraculorum S. Martini ad fines Gallaeciae usque penetrauit. Et tamen ex literis LEONIS IV. ad

Britanniae Episcopos, et ex capitulis MARTINI Bracarense, intelligitur, MARTINO et Britannis hunc Codicem incognitum fuisse.

u) In observatione ap. CANISIVM, l. c. pag. 264.

vrbe Regi praesenti donationem factam esse existimant; quorum sententiae tanto lubentius adiunctione calculum, quanto fortioribus rationibus eam subnixam ceruo. Nam leue est dubium, quod assertores contrariae opinionis ab epistola Codici praenissa petunt, partim quod constet, CAROLVM, licet anno 774. Romae consistentem, non tamen cum HADRIANO adeo fuisse conuentum, vt sub eodem tecto hospitatus sit x), unde facilius contingere potuit, vt Pontifex Regi, Romae quidem praesenti, absenti vero ab hospitio Pontificis, epistolam cum dono per internuntium transmiserit; partim, quod neque absurdum, nec adeo insolitum sit, vt praesens praesenti et coram consistenti eiusmodi donum adiuncta epistola dedicatoria porrigit, quo maior sit et gratia donationis et solennitas. Id vero vt credam, mouet me inter alia Inscriptio Epitomes canonum y), quam infra integrum allaturus sum (§. 12.), quae quippe testatur, hoc donum Regi Romae posito obtigisse, nec minus titulus Codici Wirceburgensi

prae-

x) EX BARONII nimirum *Annalibus eccles.* Tom. IX. ad h. a. pag. 328. sq. et FLEURY, *Hist. Eccles.* Tom. IX. — pag. 442. sq. obseruare licet, CAROLVM hoc tempore ad aedem S. Petri, tunc adhuc extra vrbis moenia positam, ac demum sub

LEONE IV. anno 852. intra moenia receptam, hospitatum esse, Pontificem econtrario in Lateranensi Patriarchio.

y) Apud CANISIVM, loc. cit. Tom. II. p. 266. et ap. HARDWINVM, loc. cit. col. 2033.

praefixus, cuius infra (§. 16.) mentionem faciam, utpote qui illum donatum fuisse dicit CAROLO, quando fuit Romae. Sed plura addere, quid opus est? Tempus quod attinet donationis, haud quidem adeo multum refert, utrum ad annum 774., an potius cum aliis ad annum 781. vel 787. (788.) illud referre malis: nam, quod PAGIVS 2) monet: *nullum hactenus certum rei gestae tempus e tenebris eruere potuisse*, proprius a vero abest. Proclivior tamen sum in illam sententiam, qua omnia anno 774. gesta censentur, tum, quod contrarium sentientium argumentis non adeo multum ponderis inesse video a), tum quod sequen-

2) Crit. in Annal. BARNII, Tom. III. p. 401.

a) Potissima huc redeunt, quod HADRIANVS in epistola ad Carolum dicat:

Arma sumens diuina gentes calcauit superbas.

Reddit prisa dona ecclesiae matri suae;

Ap. HARDVINVM, Coll. Concil. Tom. III. p. 2053. verbis *praeteriti temporis*, cum tamen eo tempore, quo a. 774. CAROLVS Pascha Romae celebraret, nec ea, quae Longobardi Ecclesiae Ro-

miae abstulisse dicebantur, eidem restituta fuerint, nec adhuc DESIDERIUS, Papia nimurum tunc nondum capta, sed tantum obsidione cincta, in dedicationem et captiuitatem venerit. Sed ut prius argumentum statim soluum; ita quoad secundum obseruandum est partim quod in nonnullis codicibus manuscriptis pro *calcauit* legatur *calcabit*, partim quod, lectionis etiam neglecta varietate, eo tempore Longobardorum vires adeo iam fractae ac dissipatae erant, ut sola Papia, sed obsidione cincta,

quentium annorum acta, ut paulo inferius ostendam, in annum 774. aptissime consentiunt, et quicquid monumentorum superest, quaeque hos ipso anno certo gesta esse scimus, in unum hunc annum vel maxime videntur conuenire. Constatimur ex illis, quae verbis ANASTASI BIBLIOTHECARII a BARONIO b) ad hunc annum referuntur, CAROLVM, ut Paschatos festum Romae celebraret, relicto ad Ticini obdicionem exercitu, Romanum festinasse, ubi, postquam Rex cetera pietatis officia exsoluisset, quanta feria HADRIANVS cum suis Iudicibus tam cleri, quam militiae, in ecclesia b). Petri cum paterno affectu adhortatus est, ut promissionem illam, quam Pater eius PIPINVS et ipse quoque CAROLVS cum fratre CAROLOMANNO b). Petro fecerat, pro concedendis diuersis ciuitatibus ac territoriis et contradendis b). Petro ei et omnibus Vicariis in perpetuum possidendi adimpleret in omnibus. Quo facto cum ipsam promissionem Carissaci factam Rex sibi legi fecisset, omnia ei confirmare complacuit. Aliam igitur donationis promissionem per ETHERIVM Capellatum conscribi iussit, ubi concessit easdem ciuitates et territoria b). Petro, atque spopondit per designationem confinium, eamque, post subscriptio-

eta, superesset, et merito iam dici poterat: gen-  
tem CALCavit superbam. b) Annalium Tom. IX.  
Conf. KOELERI Diss. de pag. 328.

Bibliotheca Caroli M. §.4  
pag. 32.

b) Annalium Tom. IX.  
pag. 328.

scriptiones a se suisque factas, prius solemniter super altare b. Petri, et postmodum intus in sancta eius Confessione tradidit, sub terribili sacramento, tam ab ipso Rege, quam a Iudicibus illius praefito, promittens, se omnia conseruantur, quae in eadem promissione continerentur c). Sic igitur hoc tempore ecclesiae Romanae ea, quae sibi ablata fuisse dicebat, actu restituta sunt, si non reipsa statim, at saltim firmissima sponsione ac tradito diplomate, ut HADRIANVS, quod fecit in epistola ad CAROLVM, vere dicere potuerit d):

Red-

c) Hinc FRODOARDVS in fragmento de Pontificiis Romanis, apud MABILLONIUM, Att. SS. Ord. S. Bened. saec. III. Part. II. pag. 525. cecinit:

Pacta Petro Praesul renouari foedera mandat. Cessaque iamdudum reparrantur culmina iuri. Sedis apostolicae, scriptis manenda seruntur.

Et culmina iuri sedis apostolicae, non demum reparanda, sed tanquam in hoc conuentu in praesens reparata, hoc carmine suo celebravit.

d) Neque tamen rem omnem in verbis tantum substitisse, sed, occupato mox omni Longobardorum regno, nonnullas ciuitates et territoria actu in ius et potestatem HADRIANI concessisse, nonnullas alias, vbi Italiae quidam Duces remoras iniiciebant, sequentibus demum annis successive Pontifici fuisse traditas, tum ex variuersa relationis serie, quam ANASTASIO debemus, tum etiam ex variis HADRIANI epistolis, quarum contenta PAGIVS in Crit. in Annal. Basronis,

E

*Reddidit* prisca dona ecclesiae matri suae;

tamen si vix uno alteroue die post traditum a CARO-  
LO documentum HADRIANVS epistolam, quam  
donum Codicis comitabatur, ad Regem exara-  
rit. Deinde vix licet ambigere, eodem fere, quo  
dedicatoriam epistolam Pontifex scripsit, tempo-  
re, et ipsam donationem factam esse; cum in-  
termedium temporis spatum ob modicitatem in  
computum adduci oppido non oporteat. Sed  
hanc epistolam e) Papia quidem obsessa, sed non-  
dum

ronii, Tom. III. ad a. 775. ri possunt, inspicere, illam  
776. 779. 780. retulit, ex HARDVINI Collec.  
licet colligere. Concil. Tom. III. pag.  
2053. sq. hic adponere

e) Quia nonnihil iuuat  
omnia, quae hoc refer-

Lumen sequens doctrinae fidei Apostolicae sedis,  
In hanc sanctam sedem magnus Rex Carulus splen-  
det.

Omnibus per eum *ditata* bonis triumphat ubique,  
Coeleste semper in his habere meruit regnum.  
Arma sumens diuina gentes *calcavit* superbas,  
*Reddidit* prisca dona ecclesiae matri suae,  
Urbesque magnas, fines simul et castra diuersa.  
Langobardam ac Erulam virtute diuina *prostravit*

gentem.

Ouans amplectitur fidem, quam accepit ab auis.  
Magna prosapia haec in toto rutilat mundo:  
Altus, nobilis, nitens, regit diuersa regna.  
Gandens celer ad limina venit Apostolorum flospes  
Nimis laudibus hymnisque populo celebratur ab  
omni.

Ob-

dum capta, et DESIDERIO Longobardorum Rege  
nondum plane prostrato, nondum in dditionem  
recepto, adeoque circa Paschale tempus anni 774.  
scriptam fuisse, ostendit spes aduenturi proxime  
de vrbis dditione nuncii, quam Pontifex signi-  
ficat verbis :

— — — — — per ipsos  
Auditum petunt vrbis Papiae te ingredi victo-  
rem,

E 2 atque

Obnixe pro se summum orare Antistitem poscit,  
Redimi sibi noxas a iuuentute commissas.  
Excitus suffragiis almis spondebat lingua magistro  
Genium seruare sanctae ecclesiae in aeuo Romanae.  
Iusticias almi Petri sui protectoris tueri.  
Habilem vt super donans in eius confessione libauit.  
Ad haec Hadrianus praeful Christi praedixit trium-  
phos,  
Dextera protegi diu diuina Petro comitante Pau-  
loque.

Romphaeam victoriae donantes, atque pro te di-  
micantes,  
Illaesus cum tuis victor manebis, nempe per ipsos  
Auditum petunt vrbis Papiae te ingredi victorem.  
Nefi perfidi regis calcabis Desiderii colla,  
Vires eius protervens merges barathro profundi.  
Septus Longobardorum regno, munus reddes tuum,  
Policita sacra dona clavigeri aulae Petri,  
Amplius donans tibi victoriaram, simulque honorem.  
Per saecula regnare cum tuis hic, in futuroque soboli.  
A lege nunquam discede, haec obseruans statuta.

Vbi, demis tribus prioribus verba : CARVLO  
ribus versibus, sequentia MAGNO REGI HA-  
tium literas initiales DRIANVS PAPA.

atque praedictio:

Nefas perfidi regis calcabis Desiderii colla,  
Vires eius prosternens merges barathro profundi.

Et, aut prorsus fallor, aut quae sequuntur:

— — — munus reddes tuum,  
*Pollicita* sacra dona clauigeri aulae Petri,

id indicant, quod eo tempore urbes magnae, fines et castra, quorum in antecedentibus HADRIANVS meminerat, verbis et promissione tantum redditum, ast nondum acto tradita fuerint, quod maxime cum gestis anni 774. conuenit. Quid ergo similius vero, quam HADRIANVM hoc Codicis canonum donum hoc ipso huins anni Paschali tempore in CAROLVM contulisse?

### §. II.

Sed, ut aliquando ad arcem causae veniam atque ostendere possim, non aliud nisi Dionysium Codicem ab HADRIANO ad manus CAROLI peruenisse, primo loco ad ingenium Regi quadantenus respiciendum est, atque, quam vehementer ei omnia pene Romana placuerint, quam ingens exhibet studium Romanorum morem in omnibus imitandi natum sit, iuuabit memuisse.

nisse. Hinc etenim habitum vestimentorum petiti; hinc artis Grammaticae, et Arithmetices, et Musicae Magistros euocauit; hinc denique Cantores in Galliam secum adduxit. Romanorum moduli vix Romanam aduentantis aures titillauerant, cum rauci sibi viderentur Francorum suorum soni, eosque, quicquid in contrarium obmouerent, solemni quasi iudicio manifestae cantus ecclesiastici corruptionis reos iudicaret, increpatos ad puriorem Gregorianum fontem redire iuberet, mox etiam, in Galliam Germaniamque redux, et Metis et Sueffione magisteria cantandi duo fundaret, ut Franci sui ibi cantare discerent, artemque organa pulsandi f). Quod institutum, licet Francorum obstinatione non prorsus optatum successum vnde habuerit, si tamen praefertim cum causis contenditur, quae THOMASSINI g) iudicio, CAROLVM eo perpulerunt,

E 3 fat

f) Vid. THOMASSINI de vet. et noua Ecclesiae disciplina, Tom. I. Part. I. Lib. II. Cap. LXXX. pag. 483. adde ex Capitulari I. anni 805. c. 2.

g) Adduxit ille loc. cit. num. 3. locum ex libris CAROLI iussu contra Synodus Graecorum de imaginibus scriptis, vbi

CAROLVS fatetur, PIPINVM patrem suum, imo seipsum quoque Gallias Romanae vrbi etiam in psallendi ordine ideo copulasse, ut non esset dispar ordo psallendi, quibus erat compar ardor credendi: et quae unitae erant unius sanctae legis sacra lectio- ne, essent etiam unitae unius modulationis vene- randa traditione, nec se- iun-

sat certam fidem facit, omnia huius Principis, praecipue vero in rebus ecclesiasticis, consilia eo tetendisse, ut cuncta tam sacra, quam saecularia, ad modum Romanum reformaret b). Iam vero cum supra ostenderim, ad minimum usque ad LEONIS IV. aetatem non aliud, quam Dionysianum Codicem, apud Romanam ecclesiam valuit-

*iungeret Officiorum varia  
celebratio, quos coniunxerat  
vnicae fidei pia deuotio.*

b) Hinc factum, ut in dubiis casibus Pontifices Romanos consulteret, vt contigit in causa Presbyterorum criminosorum, qui tamen conuinci nequivabant. Nam, et si de illis iam in concilio Francofordiensi anni 794. can. 37. ap. GEORGISCH, loc. cit. col. 594. statutum fuerat: *Et si forte (Presbyter) negare voluerit, et accusator comprobationem dare non potuerit, et coram Episcopo definitum esse nequierit, tunc ad uniuersali Concilio illorum ratio deferatur: diffidens tamen Episcopis suis ad consulendum LEONEM III. Papam legatos Romam misit, ut patet ex Libro V.*

*Capitularium BENEDICTI  
LEVITAE cap. 35. seq. et  
Capitulari Aquisgranensi  
anni 803. cap. 7. Idem in  
causa Chorepiscoporum  
factum est, propter quam  
ARNO Salisburgensis Ar-  
chiepiscopus, acceptis Im-  
peratoris mandatis, ad eundem LEONEM III. mis-  
sus est. Ex eodem Ro-  
manam ecclesiam imitandi  
studio profectum est Ca-  
pitularis incerti anni cap.  
3. GEORGISCH, loc. cit.  
col. 604. de tempore con-  
ficiendi chrismatis, vbi  
statutum: *Nec alio un-  
quam tempore, iuxta sa-  
cros canones vel SECVN-  
DVM MOREM ROMANVM,  
nisi in coena Domini san-  
ctum chrisma conficiatur.*  
Et huius rei plura adhuc  
exempla perfacile adferre  
possem, si operae pretium  
effet, documenta cumu-  
lare.*

luisse, et ex diuerso canonum Codice, si modo ad usum adhibetur, non possit non diversitas in disciplinam ecclesiae induci, qua, qui HADRIANI Codicem a Dionysiano diuersum fuisse statuant, qua, inquam, illi ratione cum CAROLI ingenio et gestis ceteris haec conciliare valeant, egomet non video; si vero contrariam sententiam amplectimur, nihil est, quod non cum ceteris omnibus aptissime cohaereat et ad assensum inuitet.

§. 12.

Accedit, quod nullum huius doni ad CAROLVM fuisse pretium, si omnino ad constituantam ecclesiae Francicae disciplinam non fuisse comparatum; sed HADRIANVM pro tantis beneficiis in se Sedemque suam collatis tam vile Regi donum dedisse, quis, quaeso, somniabit? Dicendum est igitur, eo consilio hunc Codicem canonum et datum et acceptum esse, ut regulis in eo comprehensis Rex omnem ecclesiae Francicae statum, et mores et disciplinam adaptaret, et naevos vel aberrationes, quae forte inoleuerant, ad normam istam emendaret *i).* Atque ut ita

E 4

exi-

*i)* Supra §. 3. not. h. re intenderit. Quid, si dixi, non adeo improba- eodem plane consilio HA- bile videri, quod Leo IV. DRIANVS CAROLO Dio- in c. i. D. XX. abusum nysonianum Codicem donas- supposititiarum ISIDO- set? Certe, cum PSEUDO- RI decretalium praecaue- RI congeries post

an-

existimem postulat non modo inscriptio praefixa veteri *Epitomae Canonum*, quam diligentiae C. A. NISII k) debemus, hac formula concepta: *In cipit*

annum 744. sed ante a. 785. quo INGELRAMVS Capitula sua Pontifici obtulit, prodierit: non video, cur ISIDORIANAE collectionis notitia vnde-  
cim circiter annis INGEL-  
RAMNI praeuaricationem Romae praecedere, et HADRIANVM, ut fraudes coerceret, ad codicem Dionysianum Regi traden-  
dum impellere nequie-  
rit. Evidet, si veram  
esset, quod S. R. SEMLE-  
RVS opinatur, *Hist. Eccl.*  
*sel. cap. Tom. II. pag. 434.*  
ISIDORI maleficium haud  
dubie post seculi noni initia pertinere, cum ex Synodo Parisina a. 829. quae-  
dam inserta sint huic operi, ea, quae coniicio, me-  
rito abiicienda forent. Sed oppido fallitur Vir S. R. cum potius Episco-  
pi in Synodo Parisina congregati sua ex ISIDORO hauerint, et, si quidem luberet heic argutari, pos-  
sem eodem argumentandi genere, quo Vir Celeb.

titur, fundamenta huius opinionis euertere, quan-  
doquidem hac ratione ISI-  
DORI maleficium prorsus ad decimum seculum et multo adhuc recentiora tempora pertinere debe-  
ret, quorum quippe con-  
cilia referta sunt Isidorianis spoliis. Imo sibi ipsi contrarius est Vir S. R. Nam pag. 158. et 216. ipse fatetur, INGELRAM-  
NV (circa annum 785.) non pauca ex fallis et conflictis Decretalibus in capitula sua adsciuisse. Quod, si ita est, profecto ISIDORI pullus ante seculi IX. initia exclusus esse debuit, neque illius par-  
rens mutuari quicquam potuit a Synodo, quadra-  
gesimo quinto ad mini-  
mum post eius natales an-  
no celebrata. Sed, quic-  
quid sit, non operae vi-  
detur esse pretium diutius conjecturae immorari.

k) CANISIVS primus ex codice manuscripto eam edi-

cipit compendiosa traditio Canonum orientalium, sive Africanorum, quos B. HADRIANVS Papa, in uno volumine cum superioribus Conciliis AD DISPOSITIONEM OCCIDENTALIVM ECCLESiarVM CAROLO Romaeposito dedit Regi Francorum, et Longobardorum, ac Patricio Romanorum l); sed etiam formula, qua haec Epitome clauditur: *Explicit compendiosa traditio Orientalium Canonum, sive Africanorum, quos beatus HADRIANVS Papa per manum KAROLI Regis, OCCIDENTALIBVS ECCLSIIS DIREXIT*; quin alias Pontifex per epistolam dono praefixam m) frustra CAROLO in mandatis posuisset:

A lege nunquam discede, HAEC OBSERVANS  
STATVTA.

Quae cum ita se habeant, aut CAROLVS,  
quae animo destinauerat, deinceps executus est,

E § aut

edidit *Lectionum antiquarum* Tom. II. pag. 261.  
seqq. Edit. BASNAGII. Sed postea etiam collectionibus Conciliorum inserita est, et extat apud HARDVINUM Tom. III. col. 2033. sqq.

l) Nomina Regis et Patricii Romanorum, quae hic et vel in ipsa epistola dedicatoria (§. 10.)

occurunt, facile ostendunt, hoc donum ad annum 800. quo CAROLVS iam Imperator salutatus est, non pertinere. Id quod in causa fuit, cur huius opinionis supramentionem facere non necessarium iudicauerim.

m) Ap. HARDVINUM loc. cit.

aut postea consilium mutauit. Ut hoe posterius credamus, vetant historiae leges, quae quippe non permittunt, ut quicquam sine teste, sine indiciis, statuamus temere: nec impedimentum vel causa apparet, cur CAROLVS a suo proposito declinauerit. Si vero, quae mente conceperat, deinde executus est, fatendum est, effectum de causa testari, isque Codex, qui ipso rerum vnu testante in Francicis ecclesiis vnu pro lege valuit, ille censendus erit, quem CAROLVS Romae accepit. At infra (§. 14.) me spero euicturum, inde a CAROLO M. in Gallia Germanaque non alium Codicem innotuisse, non alium, praeter domesticos canones, nisi DIONYSII Codicem, vnu receptum fuisse. Quamobrem concludendum est, hactenus nihil subesse causae, quae nouo operi, ab HADRIANO, vt dicunt, confecto vel minimum patrocinetur; sed ita causa expedienda est, vt lis pro DIONYSII collectione omnino decidatur.

## §. 13.

Augetur adhuc huius argumenti robur, si oculos in HADRIANVM conuertimus, atque quid illum, modo nouum, vt fertur, canonum Codicem condidit, ad hunc laborem impulerit, quae ille in ea re consilia animo agitare debuerit, paulo exploratius exquirere studeamus. Fuisse illum non otiosum, neque vecordem hominem, sed negotiis occupatum, inque illis prudentem,

at-

atque ad omnes occasiones, quibus ecclesiae Romanae res et iura Sedis apostolicae vel defendi debebant, vel ampliari poterant, satis intentum, ex rebus ab eo gestis, quarum memoria ad nostram usque aetatem propagata est, satis constare puto. Talis igitur cum fuerit, qui credi potest, temporis solummodo fallendi dispellendique otii causa, sine certo proposito vel utilitatis ullius studio, ad canonum opus congerendum accessisse, ob Dionysianum profecto non adeo necessarium, et quasi consilio praemeditato sic omnem operam oleumque perdidisse? Si contra obseruas aequabilitatem et ab ista fatuitate HADRIANVM, ut decet, absoluere malis, fateare oportet, non alio eum fine ad conficiendum nouum canonum Corpus aduertere animum potuisse, quam ut eius usus esset aliquis proxime in propria domo, tum forsitan et in Franciae ecclesiis, ad disciplinam efformandam et boni ordinis conseruationem. Et, quod ad illas pertinet ecclesiis, quae CAROLI dictio subiectae erant, iam quidem vidimus (§. 12.), HADRIANVM tunc temporis, cum Codicem CAROLO offerret, hanc intentionem habuisse, ut Regis interuentu ad Galliae Germaniaeque ecclesiis perueniret, eiusque regulae ab his in posterum obseruarentur; sed hoc consilio iam pridem *confectum* fuisse nouum Codicem cum ignarissimis ignoramus, et in aduentum Regis eum non praeparari potuisse, inde assequimur, quod Rex Romanae profectionis consilium in procinto ceperit, adeoque festinanter iter ingressus sit,

fit, ut Pontifex illius prius non certior sit factus, quam Rege cum comitatu suo iam vrbi appropinquaret n). Si itaque vlo vñquam tempore HADRIANVS nouum quendam Codicem colligere aggressus est, in ea re non solam ecclesiarum e longinquo politarum, sed primam et praecipuum ecclesiae Romanae curam fuisse, non est quod dubitemus o). Quodsi iam porro deprehendamus

n) BARONIVS *Annal. Eccl. Tom. IX. ad a. 774.*  
ex ANASTASIO: Dum per sex mensium spatium CAROLVS Magnus apud Papiam demovaretur in obfidence ipsius ciuitatis: magnum desiderium habens ad limina Apostolorum properandi — tollens secum diuersos Episcopos, Abbates etiam et Iudices, Duces et Graphiones cum plurimis exercitibus hic Romanam per partes Tusciae properauit: ita festinans et adueniens, vt in ipso Sabbato sancto se liminibus praesentaret Apostolicis. Cuius aduentum audiens antedictus b. HADRIANVS Papa, QVOD SIC REPENTE IPSE FRANCORVM ADVENTIT REX, direxit in eius

occursum vniuersos Iudices ad fere triginta millia ab hac Romana vrbe in locum, qui vocatur, Novus, et q. s.

o) Evidem, si HADRIANVS iam ea confilia agitasset, quae successores deinde sui, ad infringendam et Episcoporum, et Metropolitanorum et Syndicorum particularium auctoritatem, aptior omnino fuisset machina Isidoriae similis, et quaedam suspicio Codicis nouiter conditi oriri forsan posset. Sed tantum adhuc cum Longobardis illi et Graecis laborandum fuit, vt, quamvis elatus, quamvis Papa fuerit, timenda tamen essent Cleri Francorum irae, et magis aduando

mus, nouum eiusmodi Codicem nunquam vel Francicis ecclesiis innotuisse, vel sui vestigia in Romana ecclesia reliquisse, summa suadebit ratio, ut nouum hunc a Dionysiano diuersum Codicem, seu merum figmentum reiciamus, et summo iure postulabimus, vt assertores noui Codicis rei vestigia demonstrent, vel testes et alia documenta producere dignentur. Verum, vt inferius paulo me id effecturum confido, vt constet, in Gallicanis ecclesiis inde a CAROLI M. aetate ne umbram quidem Hadrianei cuiusdam noui Codicis cuiquam apparuisse, sic supra (§. 3.) iam planum me fecisse recordor, ad usque LEONIS IV. tempora et annum circiter 850. Romanos ipsos praeter Dionysianum non aliud Codicem obsernasse. Quid igitur faciendum iudicabit aequabilis harumce rerum arbiter, nisi hoc, vt factio isti HADRIANI Codici valedicendum esse existimet? At erit fortasse aliquis, siue credulus siue incredulus nimium, de verbo enim ambigo, qui, dum istum HADRIANI Codicem tam firmiter ani-

mo

lando rebus studere suis tificum Romanorum superstitio hominum magis debuerit, quam prouocare querelas Metropolitanorum et Episcoporum Galliae et Germaniae, atque ita exacerbare ipsius Regis animum. Differenda itaque ista consilia erant in illud tempus, quo, postquam potentiam Pon-

tificum Romanorum superstitio hominum magis firmauerat, imbelles CAROLI M. successores minoris Pontificum faciliter terreri, atque ita Isidoriani arietes tutius admoveari poterant. At, haecce oportunitas HADRIANO viuo non obtigit.

mo infixum tenet, vt eum aegerrime sibi exenti patiatur, obiecerit, valere potuisse hunc Codicem et Romae et in Gallia, sed fieri deinceps potuisse, vt iterum in desuetudinem venerit, et Roinae quidem ante LEONIS IV., in Gallia vero ante HINCMARI Rhemensis tempora; nam infra mox patebit, huic tam claro sui saeculi viro Hadrianeum quendam nouum Codicem omnino nouum non fuisse. Sit ita, Hadrianeum istum nouum codicem sic nasci, sic adolescere, sic iterum mori potuisse. An vero cuiquam verosimile videbitur, ecclesiae Roinanae, quae tantum HADRIANO debuit, quantum vlli vnquam suae Sedis Antistiti, hunc illius partum adeo intussum, adeo insignem ad deformitatem puerum appatusse, vt cito necandum existimauerit, adeoque ab omni in rerum argumentis vsu repulerit, vt iam LEONIS IV. aeno, vix quinquagesimo quinto ab exitu HADRIANI pro) anno, omnis plane memoria illius exoleuerit, et LEO IV. in sua ad Episcopos Britanniae epistola vel eius mentionem facere omnino dignatus sit? Et vt in vniuersum de hac obiectione quae sentio expromam, cum abrogatio huiusmodi Codicis nullius authoritate fit metur, nullius indicio nitatur, si ita segmentum fictione alia, vel dubia res alia non minus dubia adstruitur, non capio, quis denum finis fingen-

pro) Decessit enim septi-  
mo Kalendas Ianuarii a.  
795. v. BARONIVS in *An-* nal. Tom. cit. ad hunc  
annum, p. 455.

di sit futurus, quid distet historia a meris fabulis.

§. 14.

Sed vero, cum constet, CAROLVM ab HADRIANO in commodum Franciae accepisse Codicem, nec etiam dubitandum sit, quin illum in usum deducere laborauerit, qualis is fuerit vestigia demonstrabunt, quae passim deprehendimus q). Atque in eo argumento tanto minus testimonium praeter Concilia CAPITULARIVM est repudiandum, quanto est certius, quod istae, in quibus constituebantur, congregations, non solam comitiorum rationem habuerint, sed Synodorum etiam, ut merito dubites, potiorine iure earum

sta-

q) In his tamen indagandis est quaedam cautio obseruanda. Nam saepius in Capitularibus CAROLI M. et successorum, et in Conciliorum canonibus, quin etiam in scriptis eruditorum huius aetatis, conspiciuntur loca, quorum argumenta ex antiquarum Synodorum decretis hoc deriuata sunt; illud vero an mediate, an potius immediate factum sit, non adeo liquet. Et enim iam supra monui, iam saeculo quarto, quinto, sexto, ex antiquori-

bus canonibus Graecorum etiam conciliorum, sed singulorum, in Gallicane ecclesiae canones nonnulla assumta fuisse. Haec eadem vero deinde in Synodis octaui et noni saeculi, si argumenta spectes, nonnunquam repetita sunt. Sed tunc incertum plerumque est, an talia ex Dionysiano Codice, an potius ex Galliae prisca statutis, regustata sint, nec adeo tutum pro Codice DIONYSII argumentum praestare possunt.

statuta decreta reipublicae nominare debeas, an canones. Delibabimus itaque ex illis, non omnem quidem illud, quod quomodo cunque huc referri posset, sed tantum modo, quantum sufficerit ad aequum haru[m]ce rerum arbitrum in ea sententia confirmandum, non alium sub CAROLI M. regno et proxima deinceps aetate, praeter domesticos canones, quam DIONYSII Codicem apud Francorum gentem in usu et pretio fuisse. Nec necessarium esse arbitrari, ex longe dissimiliter conquirere, quae passim ex isto Codice huc illius in Capitularibus dispersa inueniuntur, ut in Capitulari AQUISGRANENSI I. anni 803. insignis locus ex INNOCENTII I. epistola ad VICTRI CIVM Rothomagensem r) occurrit, et in Capitulari

r) Apud GEORGISCH, loc. cit. col. 650. Locus ex cap. 2. huius epistolae Capitulari illatus: *Si maiores cause in medio fuerint deuolutae, ad sedem apostolicam, ut SANCTA SYNODVS statuit et beata consuetudo exigit, incunthanter referatur, eo magis notari meretur, quod verbis sancta Synodus, Nicaena indicetur, quam Pontifex in antecedentibus nominauerat, adeoque, cum ipsum tamen decretum non ex Nicaeno*

concilio, sed ex canone sexto concilii Sardicensis, defunctum sit, ex hac Epistola patet, non denum ZOSIMVM Papam primum fuisse omnium, qui canonem hunc Sardicensem pro Nicaeno venditauit, ut censuit cum aliis DUPINIVS, de antiqua ecclesiae disciplina, Dis. II. p. m. 128. et nouissime R. S. SEMLERVS Hist. Eccles. cap. Tom. I. pag. 142. sed INNOCENTIVM I. iam illi praeiuisse, prouti iam vidit BOEHMERVS in lu-

tulari II. anni 805. cap. 23. locus ex **GELASII**  
Papae epistola ad Episcopos Lucaniae et Siciliae  
eiusque capitulo vigesimo primo, de quadripar-  
tita decimatarum diuisione, excitatur s); cum prea-  
stet

re Ecclesiastico Protestan-  
tium, Tom. II. Lib. III.  
Tit. VI. §. 13. VAN ESPEN,  
Schol. in omnes *Canones*  
conciliorum, Part. II. cap.

II. §. 2. pag. 39. Oper.  
Tom. V. et PETRVS DE  
MARCA, de concord. Sac.  
et Imp. in adiecta Dissert.  
de veteribus collectionibus  
canonum, §. 2. col. 344.  
sed fibi contrarius. Vid.  
Lib. VII. de concordia S.  
et I. cap. XIII. §. 6. 10.  
col. 1042. 1044. Praeter-  
ea ideo mirandum est, isto-  
hac decretum in Capitu-  
late fuisse receptum, quod  
in Concilio Francofor-  
diensti anni 794. a CARO-  
LO et sancta Synodo c. 4.  
non, ut Sedes Romana  
appellari debeat, placue-  
rat, sed potius vi cause,   
quas Metropolitani cor-  
rigere non poterant, ad  
ipsum regem mitterentur;  
vi nihil dicam de litibus  
iam olim de hisce appella-  
tionibus aliquoties agi-

tatis, quae quippe Epi-  
scopos admonere debuiss-  
ent, ab eius generis do-  
lis fibi sedulo caendum  
esse.

s) Ap. GEORGISCH, 1.  
c. col. 702. Ita quoque  
in concilio Moguntino a.  
813. citatur canone 4.  
LIONIS M. epistola ad  
Episcopos Siciliae et SIRI-  
CII ad HIMERIVM, et  
can. 35. concilium Gan-  
grante; in concilio Re-  
mensi II. eiusdem anni  
canone 8. Decretalis IN-  
NOCENTII, can. 22. Ni-  
caenum, can. 26. Laodi-  
cense et Africanum, et  
can. 28. Carthaginense  
concilium; quemadmo-  
dum et canonii 49. conci-  
lii Cabilonenfis II. canon  
Laodicensis, et quidem ex  
versione DIONYSII, in-  
sertus deprehenditur. vid.  
HARDVINVS loc. cit.  
Tom. IV. col. 1007. sqq.  
1017. sqq. 1030. sqq.

F

stet potius haec sola excerpta recensere, quae in Capitulare CAROLI M. A QVISGRANENSE anni 789. t) et in Capitulare A QVISGRANENSE LUDOVICI PII anni 816. maxime vero in Concilium A QVISGRANENSE huius anni u)  
cumu-

t) Ediderunt quidem primo SIRMONDVS, post eum et HARDVINVS Concil. T. IV. col. 823. hoc Capitulare ita, vt singulis capitulis decreta Synodorum et Pontificum in illis excitata ex quodam Codice Aquitanico integra subiecerint, vbi, quae ex Synodis Graecis proferuntur, a versione DIONYSII discrepant. Sed ista excerpta non ipsis Patribus in Concilio Aquisgranensi congregatis adsignanda esse, vel ex eo coniicere possumus, quod, ipso obseruante SIRMONDO in Annot. ad hoc Capitulare, ANSEGIVS hoc Capitulare in primum capitulorum librum translutit, omisis ipsis Synodorum et Decretalium excerptis; quae itaque alienae debentur manu. Idque adhuc magis eo confirmatur, quod passim verba capitulorum cum verbis DIONYSII, non au-

tem cum verbis alterius versionis conueniant, vi e.g. cap. 4. cum can. Nic. 3. cap. 8. cum can. 9. Antioch. cap. 9. cum can. 10. Antioch. et in can. 10. verba: Sed in communi episcoporum concilio causa examinetur, prorsus ex subiecto can. 11. Antioch. defumta non sunt, sed ex duodecimo non adiecto. Cap. 19. consentit cum can. 57. Laod. ex versione DIONYSII, cap. 21. cum can. 2. Chalc. cap. 24. cum can. 5. Chalcedonensi. Ex his igitur exemplis satis de eo constabit, quod Patres in Synodo Aquisgranensi versione DIONYSII, non vero ea, quam nouiter SIRMONDVS vulgavit, vsi fuerint: et, qui ex hoc Capitulare commentitii Hadriani Codicis vestigia colligere student, videant, ne sua frustrentur.

u) Apud HARDVINVM, Tomo IV. col. 1055. lqq.

cumulatius aliquantum conglomerata sunt. Et quidem quod ad concilia spectat, vnde nonnulla huc translata sunt, si a concilio Constantinopolitano I. discedis, ex caeteris omnibus, quae in Dionysiano Corpore leguntur, nonnihil mutuum est, speciatim vero ex canonibus Apostolorum x), et ex conciliis Nicaeno y), Ancyrano z), Neocaesariensi a), Gangrensi b), Antiocheni c), Laodicensi d), Chalcedonensi e), Sardicensi f), Africano g) et Carthaginensi h). Vbi illud prae aliis obseruandum est, quod, licet illa, quae

F 2                          in

x) Cap. 5. 6. 21. Capitularis Aquisgranensis anni 789.

c) Cap. 1. 3. 7. Capitularis a. 789. cum can. 47. 49. 70. 71. 72. 73. 74. Concilii Aquisgr. a. 816.

y) Cap. 1. 6. Capitularis a. 789. canon 39. 40. 41. 42. 43. 45. 46. Concilii Aquisgran. anni 816.

d) Cap. 14. Capitularis a. 789. et canon 52. 60. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. Concilii Aquisgr. a. 816.

z) Cap. 9. 48. Capitularis a. 789. cap. 24. Capitularis anni 816. et canon 63. Concilii Aquisgran. huius anni.

e) Cap. 1. 3. 13. 21. Capitularis anni 789. cap. 23. Capitularis anni 816. et can. 44. 50. 51. 85. 86. 87. 88. Concilii Aquisgr. a. 816.

a) Cap. 49. Capitularis a. 789. et canon 64. Concilii Aquisgr. a. 816.

f) Cap. 1. 11. 19. 23. 55. Capitularis anni 789. et can. 53. 55. Concilii Aquisgr. a. 816.

b) Cap. 46. 56. Capitularis a. 789. et canon 65. 66. 67. 68. 69. Concilii Aquisgr. cit.

in Capitulari A QVISGRANENSI anni 789. ex prisca conciliis adducuntur, qua mentem tantum, non vero ubique quoad ipsa verba ex illis transsumta fuerint, in Capitulare tamen anni 816. et in Concilium A QVISGRANENSE hoc anno celebratum integri ex illis canones, et quidem Graeci canones, quod comparatio demonstrat, secundum versionem DIONYSII, traduchi deprehendantur. Quod porro ad Decretales pertinet, in Capitulari anni 789. excerpta leguntur ex epistolis SIRICII i), INNOCENTII k), COELESTINI l), LEONIS MAGNI m) et GELASII n), quibus in Capitulari anni 816. accedit capitulum vigesimum epistolae GELASII ad Episcopos Lucaniae et Siciliae o), et in Concilio AQUISGRANENSI eiusdem anni, praeter aliud capitulum ex hac GELASII epistola desumptum p), tria adhuc ex LEONIS M. epistolis ad ANATOLIVM Thessalonicensem et ad Episcopos Campaniae

g) Cap. 14. 39. Capitularis anni 789. cap. 26.  
Capitularis anni 816. et can. 48. 56. 59. 90. 91.  
Concilii Aquisgr. a. 816.

b) Cap. 31. Capitularis anni 789. et can. 54. 57.  
61. 89. Concilii Aquisgr. a. 816.

i) Cap. 50.

k) Cap. II. 26. 52.

l) Cap. 54.

m) Cap. 5. 22. 55.

n) Cap. 58.

o) Cap. 25.

p) Nimirum canon  
93.

paniae q) adiiciuntur; vt itaque ex illis Pontificiis cum epistolis, quas vetus DIONYSII Codex continuit, nonnisi quae ZOSIMI et ANASTASII sunt, eum illis omnibus, quibus post mortem demum DIONYSII hoc opus suum locupletatum est, silentio sint praetermissae r). Si igitur constat, quod lippis fere et tonsoribus

F 3 con-

q) Can. 58. 62. 92. Ut hunc recensum finiam, id unicum adiicio, quod et concilio Parisensi V. anni 829. priscorum conciliorum canones sat multi fuerint inserti, vt *Libro I.* can. 15. canon apostolicus, *Libro III.* can. 2. canon Aneyranus, *Lib. I.* can. 8. 27. 35. Neocæsarienses, can. 15. 27. Antiocheni, can. 6. Laodicensis, can. 11. 15. 28. Chalcedonenses, can. 21. Sardicenses, et omnes quidem Graeci iterum ex versione DIONYSII. Ex Decretalibus vero excerptas inuenies *Libro I.* can. 7. et 15. Decretales GELASII et LEONIS MAGNI, et can. 17. etiam SYMACHII. Cui, si quis concilium Mogantinum provinciale anni 847. et Triburiense anni 895. cum

RHABANI MAVRI Libro de *Chœrepiscopis*, eiusque epistolis ad REGIBALDVM Ratisbonensem et HERIBALDVM Antissiodorensem, et denique REGINONIS Pruniensis librum de ecclesiasticis disciplinis, quae omnia extant in HARTZHEMII *Collect. Concilior. Germ.* Tom. II. pag. 151. 388. 219. 212. 214. 191. et 438. Vellit coniungere, depinendet, antiquos Gracos canones ubique secundum DIONYSII versi nem excitari, nec adeo, si ab ISIDORI MERCATORIS faragine discesseris, vnum alium praeter Dionysianum Codicem tunc temporis aghuc receptum fuisse.

r) Hic vero fortassis aliquis inquiet, hoc ipsum, quod

constare scimus, fuisse quendam DIONYSII Codicem et adhuc in manibus versari hominum, non autem de eo constat, an vnquam Hadrianus nouus Codex extiterit; si liquet, ea omnia, quae modo in Capitularibus et Aquisgraniensi concilio tanquam ex diuerorum conciliorum canonibus et Decretalibus adducta obseruimus, in Codice DIONYSII deprehendi, ignoratur vero, quod vnquam in quodam alio Hadrianeo Codice extiterint; si Graeci praseretim canones ex versione DIONYSII excitantur, econtra ignoratur, vtrum iidem canones in iactitato illo Hadrianeo nouo Codice adfuerint, et, si tantisper id admiseris, vtrum eandem DIONYSII ille versio nem, an potius aliam et nouam comprehendere rit:

quod nihil in his Capitularibus ex Constantiopolitano concilio, et Decretalibus ZOSIMI, ANASTASII, ceterorumque usque ad GREGORIVM II. Pontificum, allatum fuerit, indicio esse, quod ea etiam, quae allegata esse notaamus, ex tali Codice defumta sint, qui cetera omissa in se non comprehenderit, adeoque ex Codice a Dionysiano plane diuerso. Verum, qui ita sentit in circulo circumagitur, supponitque, haec

omnia, quorum in Capitularibus mentio nulla facta est, non aliam obcausam silentio praetermissa esse, quam quod in fonte non deprehenderentur. Id vero cum illud ipsum sit, quod demum probandum est; cum multae aliae causae intercessisse possint, ut CAROLVS M. et LUDOVICVS PVS plura adducere pro temporis ratione non opus esse iudicauerint: isthanc obiectiōnem omnino spernendam esse censeo. Vid. §. 18.

rit: quae ratio nos mouere, quae causa nos impellere potest, vt ista omnia ex quodam ignoto et imaginario potius, quam ex Dionysiano fonte, in Capitularia et concilia defluxisse arbitremur, atque inani sic laruā nos decipi patiamur, sic nubem pro Iunone, vt dicunt, amplectamur? Quodsi vero omnia monumenta temporum ostendunt, ecclesias Franeicas hoc aeuo non nisi Codicem DIONYSII in ipsis rerum argumentis obseruasse, et porro certum est, hunc Codicem, quo istae ecclesiae tunc temporis vtebantur, pro eo habendum esse, quem HADRIANVS I. CAROLLO M. donauit: iam nihil amplius prohibebit, quo minus eam sententiam, hoc scilicet HADRIANI donum in Codice Dionysiano constituisse, constanter tueamur. Interim, illud cuiuis facile largior, ex solis hisce annorum 789. et 816. Capitularibus, et A QVIS GRANENSI anni 816. concilio, vtrum iam eo tempore Patres in Synodus congregati secundam et *auctam* huiusce Codicis editionem in manibus habuerint, an contra *veterē* contenti fuerint, dirimi non posse. Sed causae nihil subest, vt eapropter in sollicitudinem adducamur, partim, quod parvū pro instituti ratione referat, vtram sententiam assensu dignari velis, partim, quod infra paulo ex HINCMARO Rhemensi huic defectui medebimur, eiusque testimonio demonstrabitur, omnino in DIONYSII *auctō* Codice HADRIANI donum constituisse.

§. 15.

In hac ut subsistamus sententia, suadet etiam EPITOME CANONVM, cuius iam supra (§. 12.) inscriptionem et for evulam finalem attuli. Nam, ut primus illus Editor, CANISIVS s), sine dubio errauerit in eo, quod, donum HADRIANI in hac ipsa epitome constitisse, credidit, quando-

qui-

s) Libro saspis citato Tom. II. p. 262. in praefatione. Eundem vero errorem recensissime errauit S. R. SEMIUS, in *Hist. Eccl. select. cap. Tom. II. pag. 154. 217.* sq. quod omnino mirandum. Hinc autem factum, ut Vir doctiss. loc. cit. instituta laboriosa comparatione *Epitomes* cum ipso integro Codice, quem HAKTZHEMIVS edidit, id vnicce ostendere laborauerit, quod canonum, qui multo copiosiores apud HARZHEMIVM extant, HARDVINVS summaria tantum exhibuerit. Quasi non omnis *Epitome* eiusuis libri summaria tantum maioris operis contineret! De cetero quae porro adiicit Vir S. R. pag. 155: *Hoc codice canonum ecclesiae romanae (1525. Magnitiae primum excusus fuit,) papaverium quasi formulam foederis cum franco et Longobardico monarca prodiit, atque ad suam ipse auctoritatem multum adiecit; hoc quasi signo dato impostores alii et adulatores non defuerunt, qui paparum istas decretales confinxerunt: haec, inquam, paulo obscurius dicta, et, si quidem sensum hariolari hieet, non adeo cum rebus gestis conueniant. Nam quale sit foedus illud, cuius quasi formula hoc Codicis dono prodita sit, me, fateor, cum ignarissimis ignorare; nec video, quid HADRIANVS hoc Codice ad suam auctoritatem magnopere adiicere potuerit.*

quidem ex ipsa inscriptione et formula finali patet, hanc compilationem non esse nisi compendiosam traditionem canonum —, *quos HADRIANVS — dedit*, et *IACOBVS* etiam *SIRMONDVUS* t) testatur, plurima in bibliothecis Galliae adesse exemplaria collectionis *integrae*, ex qua Epitome illa deinceps confitata est, quorum in fronte, velut oblati munera dedicatio, *HADRIANI* ad *CAROLVM* epistola praefixa est: in hoc tamen etiam breuiario vestigia ipsius integrae collectionis, quae in Epitomen contracta est, conspici oportet, et, quamvis dici nequeat, eius, de

F 5 quo

tuerit, cum incrementa, que adeo *HADRIANI* demum dono falsarii ad decretales fingendas potuerint inuitari; tum quoque quod falsae decretales non fuerint in Gallia fabricatae, quo demum *HADRIANI* donum peruenierat, sed illas *RICVLFVS* ex Hispania in Galliam attulerit; nam neminem adhucdum iuueni, qui, quod Vir Cel. pag. 4:4. insinuare videtur, ipsum *RICVLFVM* vnguam huius imposturae insimulauerit.

t) In annotatione huic Epitomae subiecta, apud *HARDVINVM*, l. c. Tom. III. col. 2053. sq.

quo nihil in breuiario deprehenditur, nec quicquam in ipsa collectione integra adfuisse; nihilominus tamen in contrarium est merito concludendum, id omne, de quo quid in nucleus contractum in Epitome extat, in collectione ipsa integrius comparuisse. Si igitur hanc collectionis Epitomen inspicimus, eiusque contenta indagamus, statim in oculos incurrit, initio a canonibus Apostolorum facto, mox Ancyranos, Neocaesarienses, Gangrenses, Antiochenos, Laodicenos, Sardicenses, eodem, quo recensiti sunt, ordine sequi, et tandem canones Carthaginensis concilii, cum nonnullis diuersorum Africæ conciliorum, totam seriem claudere. Non itaque ex ipsis, quae **Codex DIONYSII** continet, conciliis, desunt, nisi Nicaenum, Constantinopolitanum I. cum Chalcedonensi u), et Decretalibus Pontificum. Ast, quod Nicaeum Synodus attinet, illam antiquitus in hac Epitome omissam non fuisse, sed postea librario-

**u)** Ratio, cur Epitomator Constantinopolitanum et Chalcedonense concilium plane praeterierit, forte in crudelitate odio in canonem tertium Constantinopolitanum et vigesimum octauum Chalcedonensem querenda est, quibus Pontifices Romanos diutius omnibus viribus re-  
stitisse, quis rerum ecclesiae peritus ignorabit? Fortasse tamen et in his conciliis id contigit, quod in concilio Nicaeno, vel scilicet in Epitomen quidem redacta, sed postea librariorum vitio omissa fuerint. Ita ex his et aliis adhuc causis vel ab Epitomatore ipso, vel eius descriptoribus, praetermitti

riorum negligentia intercidisse, colligitur partim ex principio canonum Carthaginensium et verbis quidem: *deinde etiam XX. capitulis Nicaeni Concilii recitatis, ut superius descripta inveniuntur*; partim ex annotatione in fine Epitomes obvia, quam ex DIONYSII desumtam Corpore auctor Epitomes suam se facere debere indicauit, scilicet: *Quod exemplaria Nicaeni Concilii — ad BONIFACIVM Papam sub XX. Cap. peruererint, sicvt per omnia in superioribus sunt; nec non ex annotatione canonibus Ancyranis praemissa: regulae Ancyranis concilii priores quidem sunt Nicaenis, sed ideo NICAENIS istae postponuntur, propter sancti et magni Concilii auctoritatem Nicaeae congregati; quae oppido admonitio prorsus inanis esset, ni olim in hac ipsa Epitome Nicaeni canones praepositi fuissent Ancyranis.* Deinde, mancum fuisse Epitomes codicem, ipse illius primus Editor, CANISIUS, in praefatione monuit: quem, cum deinde posteriores Editores ad unum omnes secuti sint, Epitomen *Canisiana* editione locupletiorem edere non valuerunt. Vnde ab huius quidem Epitomes defectibus ad ipsos plenae collectionis defectus, argumentum duci non potest.

mitti potuerant; ex quibus quaenam potissimum locum habuerit, est dicta difficile. Decretalium vero in hac Epitome non adfuisse excerpta, ni fallor, ex fine Epitomatoris colligendum est, quem ipsa Epitomes inscriptio demonstrat.

poterit: sed e contrario, cum omnia, quae in breuiario continentur, in *Dibnyfano* etiam Codice adsint; cum ordine eodem proflus se innicent sequantur, quem **DIONYSIVS** seruauit; cum denique **SIRMONDVS** *x)* et **PAGIVS** *y)* et **HARTZHEMIVS** *z)* iam obseruauerint, integrum collectionem, ex qua Epitome contracta est, comprehendere et Decreta pontificum a **SIRICIO** usque ad **GREGORIVM** II. et illum ipsum esse librum, quem **NICOLAVS** I. Papa *a)* *Codicem Romanum* dixit, quique Moguntiae priuus excusus anno 1525. in editione postea Parisiensi *b)* in.

*x)* In annotatione ad finem Epitomes subiecta.

*y)* Criticae in Annales BARONII, Tom. III. ad annum 795. pag. 401.

*z)* Conc. Germ. Tom. I. pag. 234. nota finali.

*a)* Cap. I. Distinct. XIX.

*b)* Anni scil. 1609. et 1687. Hic vero, ne cui ex inconstante consuetudine loquendi dubium nascatur, id obseruari velim, hunc scilicet titulum *Codicis canonum veteris Romanae ecclesiae* non

semper et ab omnibus eodem sensu accipi. Nam quidam hoc nomine ipsum **DIONYSII** Codicem indicant, propterea quod ius ecclesiae Romanae antiquitus, hoc est, inde a sexto fere saecula, eo potissimum constitut. Sic *Codex canonum vetus Romanae Ecclesiae*, quem a 1609. et 1687. **PITHOEVS** et **PELLETIER** ediderunt, Parisiis, et *Codex canonum Romanae Ecclesiae primis saeculis*, quem ex manuscripto libro Chiemensi et duobus Diesenibus, a. 1757. **EVSEBIVS AMORT**, in *Iure canonico vetere ac moderno*, Tom. II. edi-

inscriptus est: *Codex canonum vetus ecclesiae Romanae*, haec omnia vero non nisi in *Dionysianum*  
Codi-

II. edidit, reuera a Codice DIONYSII, nisi in paucis adiectionibus vel diminutionibus, non differrunt. Eiusmodi vero mutationes si statim primum opus in plane aliud vertent, tot fere alias collectiones canonum effemus habituri, quot adhuc *Dionysiani* Corporis manuscripti codices extant. Ita enim iam octaui seculi et proxime sequentium mores comparati erant, vt quilibet librorum suorum dominio liberrime vteretur, addens pro lubitu et detrahens, vt sibi expedire videbatur. Imo ipsi haud raro auctores lectores quoquis rogabant, vt libros corrigere et additionibus ditare velint, vt constat exempli BENE-DICTI LEVITAE in Praefatione ad Librum quintum Capitularium. Dum igitur PITHOEVS et AMORT in Praefatione Tomi I. Codices, quos ediderunt, pro illis, in quibus donum HADRIA-

ni constituit, habuerunt, et SIRMONDVS cum PAGIO loc. cit. et PETRO DE MARCA, de Concordia Sac. et Imp. Lib. I. cap. IX. §. 4. col. 51. illis adstipulantur, reuera Hadrianeum donum in Codice DIONYSII constitisse existimant, neque alieni sunt a mea sententia. Consentit etiam P. R. HARTZHEMIVS in Praefat. ad Concil. Germ. Tom. I. §. 18. et Codici DIONYSII, quem ex tribus manuscriptis bibliothecae ecclesiae metropolitanae Colonensis loc. cit. pag. 131. sqq. inseruit, praefixit titulum: *Codex Canonum ab HADRIANO I. CAROLO Regi donatus.* Vtrum vero in ipsis codicibus manuscriptis hanc inuenierit inscriptionem, an contra de suo addiderit, non indicauit. Nec etiam epistolam dedicatoriam HADRIANI addidit, absque indicio vtrum in manuscriptis defuerit, an potius ab Editore

Codicem conueniant: sat certum esse existimat, hanc ipsam esse Epitomen ex Corpore DIONYSII conflatam. At cum idoneam rationem perspicere non valeam, qua fidei et sinceritati inscriptionis et formulae, qua clauditur Epitome, quicquam derogari queat; et utraque testetur, id opus, vnde breuiarium desumptum est, fuisse illud donum, quod HADRIANVS I. CAROLO M. obtulit: plus sane aderit rationis, cur causam pro Codice Dionysiano decidamus, quam ut in amfigmento nos inescari patiamur.

## §. 16.

Neque recusandum est tandem testimonium IOANNIS GEORGII ab ECKHARD c), diligentissimi quondam manuscriptorum codicum investigatoris, qui, inter alia plurima venerandae vetustatis monumenta, Herbipoli asseruata, quorum notitiam passim scriptis inferuit suis, extare etiam testatur in Bibliotheca cathedrali duo exemplaria codicis, quem HADRIANVS CAROLO donavit,

tore omissa. Sed, cum plerunque alias sub titulo veteris Codicis Romanae ecclesiae is intelligi soleat, qui Romae ante DIONYSII aetatem valuit, et in quo, ut constat ex controversia ZOSIMI cum Africanis Episcopis in causa APIARII, Sardicen-

fes canones cum Nicaenis coniuncti numerabantur: in hoc non constitisse HADRIANI donum, ex iis, quae haecenus attuli, argumentis sine villa difficultate intelligitur.

c) Commentariorum de rebus Franciae orientalis, Tom. I. pag. 768.

uit, vtraque literis Anglosaxonicas exarata. Horum alteri praenotatum esse refert: *Iste Codex est scriptus de illo AVTHENTICO, quem dominus HADRIANVS Apostolicus dedit glorioſſimo CAROLO Regi Francorum et Longobardorum aſ Patricio Romanorum, quando fuit Romae.* Aetatis, qua Codex descriptus fuit, plures quidem non addidit ECKHARDVS notas; id vnum adhuc monet, ſimilem fe Codicem in Monasterio Werthinensi vidiffe. Nec multum vel verbo: *authentico*, vel omiſſo Imperatoris titulo, immorabitur, etiamſi ex his indiciis, praefertim si ſimul cogitamus, qua affiduitate comitiis Synodique huins aei, quaque auctoritate Herbipolitani Praefules interfuerint, non leue argumentum oriatur, reuera Wirceburgensem codicem ex exemplari authentico, et eo quidem tempore, quo CAROLVS imperatoriam dignitatem nondum natus fuerat, esse descriptum; sed dabimus potius, scriptoribus huius aei non tantam ſemper tamque follicitam verborum curam fuifſe, vt illis ubique tuto confidere liceat. Interea tamen non modo literae Anglosaxonicae, quibus librarium vſum fuifſe ECKHARDVS ſcribit, haud dubium antiquitatis ſunt indicium; ſed etiam non maiorem, quam fas eſt, verbis: *de authentico*, fidem haberi censeo, ſi ita ea intelligimus, hunc Wirceburgensem codicem ex codicis Regi traditi authentico exemplari ſaltim ſecundo vel tertio gradu deſcendiffle. Quod ad contenta codicum pertinet, in iis praeter Canones Apostolorum

con-

concilia quoque Nicaenum I., Ancyranum, Neo-  
caesariense, Gangrense, Antiochenum, Laodice-  
num, Constantineopolitanum, Chalcedonense, cum  
Sardicensi, Carthaginensi et Africano contueri,  
ECKHARDO indice constat. De Decretalibus  
Pontificum epistolis silet quidein; sed, cum ta-  
men mox addat, eundem hunc Codicem anno  
1525. a IOANNE WENDELSTINO Mogun-  
tiae editum esse; hic vero, ut §. praeced. dictum,  
non distet a Codice Dionysiano: neque Wirs-  
burgenses codices, praesertim illum, cuius inscri-  
ptionem notaui, neque authenticum, ex quo hic  
descriptus est, exemplar, et in quo HADRIANI  
donum constitit, a Codice DIONYSII distingue-  
re oportet.

## §. 17.

Sic igitur cum euictum existimem, HADRI-  
NI donum in Codice DIONYSII constitisse,  
DIONYSII vero collectio, ut et supra (§. 3.)  
dictum, et vel vulgo constat, repetita editione  
nonnullis Decretalibus aucta prodierit: restat, ut  
paucis adhuc in hoc inquiramus, vtrum, quem  
HADRIANVS CAROLO donauit, Codex in pri-  
ma illa DIONYSI, an potius in aucta eius col-  
lectione confiterit? Id, quod vel uno HINC-  
MARI RHEMENSIS testimonio facile conficie-  
tur. Notum est etenim, quibus contentioneibus  
alter ille HINCMARVS, Laudunensis ecclesiae  
Episcopus, prioris ex sorore nepos, singularisque  
simul

simil proteruiæ et difficillimæ naturæ homo,  
tum CAROLVM CALVVM Regem, tum Metro-  
politanum suum, cum caeteris Coëpiscopis et  
omni dioceſi ſua, varie et aerumnōſe vexauerit;  
quemadmodum condemnatus in conciliis Verbe-  
riensi, Attiniacensi et Duziacensi Sedem Roma-  
nam appellauerit, et poſtea variis scriptis pefſimam  
defendere cauſam ſumma animi obſtinatione an-  
gis, neque veritus ſit, aduersariis ſuis obiicere  
nonnulla capitula ex ſuppoſitiis PSEUDO - ISI-  
DORI Decretalibus et INGELRAMNI capitulis  
tenere decepta, quae velificari ſibi videbantur,  
et his eum laius parem cuim conciliorum canonii-  
bus auctoritatē tribuere non puduiffe. Hanc  
temeritatē vel etiam malignitatē hominis  
HINC MARVS RHEMENSIS non fortius reprimi  
poſſe ratus eſt, quam si ad Codicem prouocaret,  
quem eo tempore Gallicana ecclesia pro lege ec-  
clesiastica tenebat. Repofuit itaque, non iſlis ISI-  
DORI Decretalibus dimicandum eſſe, nec hiſce  
inanibus terriculamentis fe moueri, aut vel no-  
men etiam, vel auctoritatē canonum illis con-  
uenire, ſed his tantum, quos et apostolica ſe-  
des — — imo et omnis catholica ecclesia cano-  
nes appellant, quique a Nicaeno concilio, quod  
primum in noſtris Codicibus, QVOS AB APO-  
STOLICA SEDE MAIORES NOSTRI ACCE-  
PERVNT, ſequendos per ordinem uſque ad  
Africanum concilium pro canonibus recipiendis,  
venerandis et obſeruandis retinent, et INNO-  
CENTIVS, ZOSIMVS, BONIFACIVS, COE-

G LESTI.

LESTINVS, LEO, HILARIUS, SYMMACHVS,  
 GELASIVS, HORMISDA, GREGORIVS et ceteri  
*qui que obseruandos canones nominant d;*  
 in Decretalibus nimurum suis. Non quidem De-  
 cretales, quas LAUDVNENSIS obiecerat, HINC-  
 MARVS hic reiicit propterea, quod ab impio im-  
 postore fabricatas nosset; nam putidam earum  
 originem Antisliti Rhemensi notam fuisse adhuc  
 non sine ratione ambigitur: sed potius haec  
 sola reiiciendi et flocci pendendi causa est, quod  
 non continerentur in Codice, quo Galliae ecclesi-  
 iam pridem vtebatur. Quod characteres attine-  
 illius Codicis, quem HINC MARVS receptum es-  
 se dicit, praetermissis Canonibus Apostolorum,  
 quod eo tempore in Gallia adhuc contempta ha-  
 bebantur, frontem conciliorum Nicaenum occu-  
 pare perhibet, tunc caetera sequi, quorum demum  
 numerus Africano finiretur; atque ita primae Co-  
 dicis Dionysiani partis extrema ambo indicat.  
 Pergit deinde in Decretalium recensu, et inter ih-  
 larum auctores, praeter antiquiorum, HILARII,  
 SYMMACHI, HORMISDAE et GREGORII II.  
 etiam nomina occurunt e). Quae omnia, praes-  
 fertim si cum illis conferuntur, quae supra (§. 14.)  
 dicta

d) Cap. XV. aduersus  
 HINMARVM Laudunensem, T. II. Opp. pag. 548.

e) Ex hisce Decretali-  
 bus nouo adhuc argumen-

to b. BOEHMERVS *Dissert.*  
*de decretal. collect.* §. 6.  
 not. 40. ostendit, HA-  
 DRIANI donum in novo  
 quodam codice non con-  
 stituisse. Si enim, inquit,  
 nro.

dicta sunt de Codice, quem ea tempestate Galli  
in usu habuerunt, in vnum DIONYSII Codicem  
consentient; non primae, sed posterioris et au-  
ctae editionis. Hos autem Codices cum HINC-  
MARI indicio illorum maiores ab apostolica sede  
aceperint, neque tamen constet, Gallicanam ec-  
clesiam alio vñquam tempore, praeterquam CA-  
ROLI M. aeo, Codicem quendam canonum a  
Sede Romana accepisse: quin HADRIANI do-  
num in isto Codice DIONYSII aucto constiterit,  
vix dubitandi ratio supererit.

§. 18.

Qua vero ratione hic Codex DIONYSII post  
donationem HADRIANI in ditionibus Franco-  
rum receptus sit, an statim omnibus, quae conti-  
nebat, capitibus par fuerit impertita auctoritas,  
an contra singula initio pedetentim recepta, ac  
sumtis paulatim viribus successu temporis demum  
cuncta in vniuersum inualuerint, aliquatenus incer-  
tum est. Mouent me tamen nonnulla, vt in po-  
steriore fententiam paullo procluuior sim. Ete-  
niam iam alii dudum et inter eos BASNAGIVS  
quoque f) obseruauit, HINCMARVM adhuc

G 2.

RHE.

nouum Codicem confecis-  
set HADRIANVS, sine du-  
bio plures addidisset decre-  
tales, quae post GREGO-  
RIVM II. ad usque suatem-  
pora editae fuerant. In quo omnino ei adstipulan-  
dum est.

f) In obseruatione ap.  
CANISIVM, l. c. Tom. II.  
p. 264. num. 4.

RHEMENSEM Canones Apostolorum, etiam in  
**Codicem DIONYSII** recepti fuerant, tanquam a  
 Gallicana ecclesia non receptos spreuisse; et ipsum  
 etiam **CAROLVM M.** post acceptum donum et  
 redditum ex Italia, edito forte proposito hunc  
 Codicem in Synodis promulgasse *g)*, nemo vel  
 coaeuorum, vel posterorum, qui illos exscriperunt,  
 memoriae prodidit; quum tamen res multo leuiores  
 eius, e. g. **CAROLVM** barbara et antiquissima  
 carmina, quibus veterum regum bella ceterae  
 que res gestae caneabantur, scripsisse et memo-  
 riae mandasse, illum Grammaticam sermone pa-  
 trio inchoasse, mensibus teutonica nomina im-  
 posuisse, ventos duodecim nominibus discreuisse,  
 ex scriptis catholicorum Patrum per manum  
**PAVLI Diaconi** lectiones vnicuique festiuata  
 conuenientes per circulum anni in ecclesia le-  
 gendas compilari fecisse, haud segniter literis  
 mandauerint. Imo cum apud eos frequen-  
 tior eorum, quae **CAROLVS** in variis conciliis  
 instituit, mentio facta sit, atque sic ipsa rerum,  
 quas tradiderunt, indeoles postulasset, non obli-  
 uisci eorum, quae maxime ab ecclesia memor-  
 abilia haberi debuissent, vtique non facile creden-  
 dum est, eos receptum integri cuiusdam Codicis  
 silentio fuisse praetermissuros, si vaquam ille con-  
 tingit.

*g)* Hanc tamen senten-  
 tiā b. PERTSCHIO pla-  
 cuisse, colligitur ex libr.  
 cit. pag. 117. verbis: und  
 dieser den Fränkischen Bi-

*schoeffen darauf anbefoh-  
 len, dabin zu seben, daß  
 die canones beobachtet  
 würden. Et tanta sine  
 teste!*

tigisset. Ipse potius CAROLVS M. telsis in contrarium adduci se patietur, quandoquidem in praefatione Concilio Aquisgranensi a. 789. praemissa, verbis ad Episcopos directis scripsit: *Sed et ALIQUA CAPITVLA ex canonicis institutionibus, QVAE MAGIS VOBIS NECESSARIA VIDE BANTVR, subiunximus;* et iterum: *Quapropter, ut praediximus ALIQUA CAPITVLA notare iussimus, ut simul haec eadem vos admonere studentis: manifesto indicio, non omnia, quae continebantur in Codice DIONYSII, uno spiritu pro lege tunc promulgata, sed singula sensim fuisse introducta.* Illud etenim si factum fuisset, profecto non opus fuisset ea tantum capitula excerpta ex reliquis, *quae maxime necessaria videbantur, eaque Episcopis proponere; nec causae quidquam adfuisset, cur in nonnulla Capitularia, quin etiam Concilia huius aevi, veluti in Capitulare et Concilium Aquisgranense a. 816. varia ex Codice Dionysiano capita, non quoad mentem tantum, sed qua ipsa verba, transferre visum, nec potius satius sit habitum Episcopos ad ipsum fontem remittere.*

§. 19.

Cum igitur, ut tandem omnia in summatam colligamus, ex hactenus dictis constet, ante, quam HADRIANVS Codicem canonum CAROLO M. donauit, DIONYSII Codicem ecclesiis Francicis incognitum fuisse; cum omnia indicia, charakte-

G 3

res,

res, vestigia, resque eo tempore et mox sequent  
gestae, librorum monumenta, et pauca, quae su-  
persunt, testimonia, in vnum DIONYSII Codic-  
em conspireant; utique ut in dubiis tollendis, quae  
sententiae nostrae obmoueri solent, multum col-  
loceamus operae, vix ac ne vix quidem necessa-  
rium videtur; adeo, si numerum species, pauca  
sunt, sin pondus, leuia. Qui enim cum b. PERT-  
SCHIO b) contendunt, iam diu ante HADRIANVM et  
CAROLI M. Romanam expeditionem DIONY-  
SII Codicem in Gallias fuisse inuestitum usque  
ibi frequentatum; itaque, quod HADRIANVS  
eundem denuo obtulerit CAROLO M. nulla con-  
tendi posse specie, sed, quod in nouo pleniori-  
que canonum Codice ab ipso HADRIANO con-  
gesto Pontificis donum constituerit, proflus vero  
similius videri, sumunt omnino, quod nunquam  
probare possunt, extitisse nimirum Hadrianum  
nouum Codicem, quem nemo se vidisse testatur,  
cuius adhucdum vestigia vel alia gnorismata ne-  
mo deprehendit vel demonstrare potuit, et de quo  
nemo unquam maiorum vel inter anniae quicquam  
percepit fabulas. Sumunt, iam ante seculum  
octanum DIONYSII Codicem Francis fuisse  
usitatum, quod nulla idonea ratione, nulla maio-  
rum traditione, et ne de prima quidem Dionysia-  
ni Codicis editione, adstrui posse supra §. 6. sqq.)  
ostendimus. Sed, fallor, aut in rebus antiquis  
enar-

b) In historia iuris canonici et ecclesiastici, pag.  
135.

enarrandis magis praefstat compescere hariolandii libidinem, quam fraena ei laxare; et rectius opinari videtur, qui, quam in recentiorum temporum commentariis seruamus aequitatem, ut scilicet conjecturis et argutationibus non sine graibus argumentis locum concedamus, eadem multo magis nos vetustati debere crediderit, quae tam frequentes occasionses praecipiti in conjecturas ingenio offert in suauibus se exercendi somniis, vt difficulter ab illusionibus satis cauere fibi possit. Neque maioris momenti est altera obiectio, quam quidam ab Epitome Canonum Canisiana mutuantur. Hic enim conciliorum quidem canones, non item Decretales Pontificum epistolas, in compendia missos fuisse vrgent, quod, pergit, argumento est, non Dionysiani hic Codicis Epitomen, sed omnino alterius cuiusdam, exhiberi; quo ipso digitum in commentitium Hadrianeum Codicem intendunt. Enim vero, qui ita sentiunt, animum non satis ad ipsam huius breuiarii inscriptionem videntur aduertisse, alias enim vidissent, non eo consilio Auctorem hoc opus aggressum fuisse, vt Decretales etiam, sed tantum, vt canones in compendium mitteret; et, si id forte negligendum esse videatur, porro non cogitant, istam Epitomen, prout hodie habetur, truncatam esse postrema sui parte, vt ita Decretalium excerpta, si modo vnuquam adfuerunt, iniuria temporum facillime perire potuerint; neque perpendunt, ex eo, quod mutilatus Epitomes codex nulla Decretalium fisiit argumenta, argui non posse, quod neque


neque in integro ea comprehensa fuerint. Sic de  
nique causae nonnihil esse arbitror, cur nouum et  
confictum illum Hadrianeum librum omnino ab-  
iiciendum esse existimem. Vos

Dicite, lectores, si non graue, qua sit eundum:  
Quas petat sedes hospes in vrbe liber.



### Errata.

Pag. 4. not. d. col. 2. lin. 6. pro : *incident*, l.  
*incidit*. Pag. 11. not. k. col. 1. lin. 15. pro : *sen-  
tentiis*, l. *sententias*. Pag. 16. not. o. col. 2. lin. 11.  
pro : *sui*, l. *buius*. Pag. 30. not. col. 1. lin. 8. et 16.  
pro : *insertae*, l. *inserta*. Pag. 48. not. i. col. 2. lin. 17.  
pro : *qua*, l. *quam*. Pag. 49. not. i. col. 2. lin. 20.  
pro : *relieto*, l. *relieta*. Pag. 55. lin. 15. pro : *ac-  
cessere*, l. *arcessere*. Pag. 86. lin. 10. pro : *prafert-  
tim*, l. *praesertim*. Pag. 90. lin. 18. pro : *Nicaeum*,  
l. *Nicaenam*. Pag. 91. not. col. 1. lin. 3. pro:  
*dicit*, l. *dittu*. Pag. 95. lin. 19. pro : *natus*, legi-  
*natus*.



I.

fuerint. Sic  
r, cur nouum  
rum omnino

qua sit eundum  
urbe liber.

pro : *incident,*  
in. 15. pro : *se*  
. col. 2. lin. 11  
. I. lin. 8. et  
. i. col. 2. lin. 11  
. i. col. 2. lin. 21  
in. 15. pro : *de*  
10. pro : *prae*  
. pro : *Nicæan*  
. I. lin. 3. pro  
ro : *natus, ip*

V

